rum remissionem ordinantur : sed planum est / quod actus huiusmodi sacramentalis qui est absoluere & ministerialiter peccata remittere; non potest esse: nisi ab habente talem potestatem. Quæ potestas clauium & in euangelio & apud sacros doctores appellatur : igitur oportet qđ in confessore qui ponitur ad audiendas confessiones fuerit talis potestas : unum tamen est quod cum ad absolutionem a peccatis requiratur duplex potestas; scilicet potestas ordinis & potestas iurisdictionis . Licet prima equaliter sit in omnibus sacerdotibus nec (ut sic) plus in papa quam in simplici sacerdote : non tamen secunda : ut trahitur a theologis lib. 4. distinctione. 19. Hinc est ut ibidem dicunt quod licet summus pontifex qui habet huiusmodi potestatem indistinctam super omnes, possit uti clavibus in quemlibet, non tamen alii sub eo constituti : sed in eos tantum / qui eis in sortem uenerunt & super quos imperium & iurisdictionem accipiunt nisi in articulo necessitatis in quo (ut dicit solet) quilibet sacerdos est papa.


Corolla:
rium.

Corolla:
rium.

Hinc est quod sicut oportet unumquæque fidelem confiteri sacerdoti: sic regulariter extra articulū necessitatis oportet etiam confiteri proprio sacerdoti uero uel extimato ut dicitur in ca. omnis utriuscq; sexus. de peni. & remis. &c. 16. q. 1. adiicimus. §. Ecce. Et. 9. q. 2. per totam. Et de pe. distin. 6. ca. ultimo . Et ideo dictum est quod oportet confessore habere potestatem illam non impeditam aut ligatam siue propter defectum iurisdictionis sicut est in simplici sacerdote: siue propter impedimentum executionis ordinis sicut in excommunicatis degradatis & huiusmodi: licet in articulo necessitatis in casu quod aliis haberi non possit: etiam sacerdos excommunicatus possit absoluere & a peccato & etiam ab excommunicatione. Imo si essent duo presbiteri in extrema necessitate constituti & uterq; excommunicatus : uterq; alterum seu mutuo adiuicem se absoluere

possent & a peccato & ab excommunicatione: ut Petrus de palude tenet lib.4. distin. 24. q.6. articulo. 2. Et distin. 25. q.1. articulo. 3. in fine. & Iacobus alman. super quartū Secundi. distin. 17. q.1. Et in tractatu de potestate clauium. cap. 4. Et etiam Angelus de clauasio in summa. Confessio. 3. §. 2. licet sancto Ioanni Bonaventuræ in distin. eadem: & etiā Iacobo de Viterbio in quolibeto. i. q. 18. hoc non placeat: sed quia mea intentio in hoc breui compendio fuit duntaxat instruere simplices & plebeianos confessores & curatores; faltem quo ad prima rudimenta eis necessaria ad audiendas confessiones: & signanter quo ad modum & ordinem quem in audiendis huiusmodi confessionibus tenere deberent nō curans pro nunc de difficultatibus arduis neq; de apicibus iuris: quia scriptum est. Sapiētiam loquimur inter perfectos: ideo de his & consimilibus ad presens supersedendum duxi. Ad propositum principale accedēs. Cætera subtiliora relinquens pro his quibus opus est iam non lacte sed potius solido cibo. Qui tantum est perfectorum & eorum qui exercitatos habent sensus ad discretionem consimilium.

MODVS AUDIENDI CONFSSIONEM.



VM I GITVR PENITENS
accesserit humiliter & deuote uultus in
terra dimisso ad sacramentalem peccato
rum suorum cōfessionem sic dispositus
ut præmissum est faciendam. Confessor
cui presentatus fuerit ipsum sic instrue
re habet: ut quamprimum genu flexo
si fuerit uir capite discooperto. Si uero mulier cooper
to se deat ex transuerso ad dexteram uel sinistram ipsius

Instru
ctio cōfes
soris pari
ter & penit
tentis.

De arte & modo

confessoris & non facie ad faciem: quia si penitens fuerit mulier: facies eius (ut dicitur Abacuc. i.) uetus urens. Si autem fuerit uir aut uerecundus iuuenis: posset ex confessoris intuitu & faciali aspectu confundi & uerecundari atque in confite-
dis propalantibus horribilibus saltem & enormibus pecca-
tis titubare; & praeconfusione turbari; nec ita faciliter habe-
ret audaciā detegendi peccata. In patenti igitur & publico
loco signanter cum muliere sic sedentes: neque mutuo sein-
uicem respicientes. Nec ultra quam necessitas confessio-
nis requirat immorantis/extraneas & peregrinas confabu-
laciones pro posse deuitantes. Admoneat confessor penite-
tem ut signo sanctæ crucis ante omnia se muniat dicens.
Per signum sanctæ crucis de inimicis nostris libera nos do-
mine deus noster. In nomine patris & filii & spiritus san-
cti. Amé. Deinde suadeat ei quod dicat orationem domi-
nicam/salutationem angelicam. Et symbolum fidei apo-
stolorum. Credo in deum. Et si nesciat eum doceat: uel sal-
tem moneat ut adiscat prout tenetur ex causa, deus qui ecclæ-
siam extra deum, & remis. & ex c. uos ante omnia, de con-
fesse. distin. 4.

Quatuor:
perquiren-
da a con-
fessore cō-
tra confite-
tem.

Prima.



Ost hæc perquerere habet confessor a penitente
quatuor per ordinem. Prima interrogatio in or-
dine erit. An penitens fuerit irretitus seu inuo-
latus aliquo uinculo excommunicationis mai-
oris uel minoris. Quod si fateretur quod nō: procedat ulterius
Licet satis decens quod penitens semper saltē ad cautelā petat a
confessore absolui ab aliquo uinculo excommunicatiōis/ par-
ticipando cum excommunicatis uel alias quocūqmodo ui-
gore indulgentiarū quas a superioribus habet. Sed si peni-
tens respondeat quod est excommunicatus: sicut ipsum Abulen-
sem mathe. 16. q. 57. esto quod confessor haberet auctoritatem prius esset absoluendus ab excommunicatione: quā a
peccatis. Imo priusqaudire illius confessio. Sed si nō habet

aueritatem esset remittēdus ad excōmunicatorē priusq
saltem absoluueretur a peccatis fm cōmunē modum dicēdi
& Abulēsis & Petri de palude Ricardi & Gabrielis in .4.
dist.17.& sequenti. Imo ut Abulensi placet priusquā audi
retur;quia ut dicitur excōicato non est participandū maxi
mo in diuinis. Nec est ad sacramenta recipiendus; sed hoc
est uerū regulariter & alias ; securus forsan quādo hoc ipsum
ordinatur ad eius absolutionem uel absolutionis meliora
tionē,sicut hic. Nam audita ad plenum uita eius melius cō
filium poterit dari de modo absolutionis impetrandæ uel
impertiendæ;ut Palude amplius docet li.4.dist.18.q.6.c.
3.prope finem,quod tamen sit excōicatio & quo tupliciter
quæ a iure quæ ab homine. Et quæ maior quæ minor &
in quo utruq; consistat;& quis possit ab excōicatione ab
soluere & de modo & forma quā obseruare debeat in tali
absolutione cum aliis multis:recursum habeto & ad theo
logos li.4.dist.18. Et ad decretistas in toto titulo de senten
tia excōmunicationis & iure nouo & antiquo. Et in decre
tis.li.q.3.cum reliquis.



St secundo loco interrogandus penitens a con
fessore:quātum tempus effluxerit postquā ulti
mo fuit confessus. Et cui. Quod si dicat se con
fessum anno proximo elapso : & proprio sa
cerdoti aut de eius licentia uel alicui priuilegiato; ulteri⁹ pro
cedat. Si tamen fateatur q̄p duo uel plures anni pertransie
runt: in quibus nō fuerit confessus: remittēdus esset ad or
dinariū seu diocesanū pro impletāda absolutione: si ex ei⁹
mandato aut statuto synodali iā fuerint denūciati oēs qui
rebelles fuerūt in parendo mādato ecclesiæ de semel in an
no cōfitendo. Et si dicat se cōfessus anno proximo preteri
to nō tñ, pprio sacerdoti & presertim sc̄iēter nec de illi⁹ līcē
cia: neq; alicui ex preuilegiatis: uel a ls legitime a superiori
licentiatō: iniungendū est ei q̄ reiteret confessionem illam

Secundū

De arte & modo

tanq̄ coram non proprio iudice factā. Iste nāq̄ est unus ex certis casib⁹ de quibus infra: in quibus uenit reiterāda cōfessio: quos (ut dicam) non oportet latere confessorem.

Tertium.

Ertio loco uenit interrogandus penitens dato q̄ anno preterito fuerat confessus an impleuerit penitentiā sibi tunc iniunctam. Quare si respondeat q̄ sic iuxta posse fragilitatis sux: procedendū est ulterius. Sed si dicat q̄ non: querat qua de causa: & si ob negligentia uel impossibilitatis casus emergentes: inducat eum ut de illa inobedientia preterita ueraciter doleat: ueniamq̄ a domino & eius ministro petat: firmiterq̄ in animo & corde suo proponat citius q̄ fieri possit se ad impleturum. Vel si talis penitentia fuerit omnino impossibilis effecta aut irrationalis nimiumq̄ rigorosa aut subsit alia consimilis causa: petat relaxationē sive cōmutationem ab eo quæ potest de iure de quo infra aliud dicetur. Si tamen penitens respōdeat q̄ penitentiā illam nō impletuerit: quia effugit iam eius memoriam tradiditq̄ ea obliuioni ex incuria & contēptu iniungat ei q̄ reiteret cōfessionē totā illorū & aliorū peccatorū propter quæ sibi fuerat iniūcta. Presertim si confitetur tunc alteri cōfessori quā prius. Nam si eidem confiteatur forte nō esset opus totam ex integro reiterare. Sed in genere & grauiora. Sed cum nimis scrupulosis mitius agere cupiētes dicimus prout multi dicunt q̄ in hoc casu licet obliuionem & negligentiam penitentiā cōfitere teneatur: nō tamen prius confessā. Ni si dato q̄ non in purgatorio sed in hac uita & nō ex se: sed de manu sacerdotis. Penitentiam sacramentalem expiare uelit.

Quatuor.

Varto loco esset interrogandus. An cōmunio nem sacri corporis domini in pascate de manu proprii sacerdotis aut saltē sine eius ullō p̄ae iudicio suscepere it iuxta praeceptum ecclesiæ in,

e. omnis utriusq; sexus. de pe. & re. Quare si se suscepisse dicat; bene quidem. Sinautē cum causam omissionis sufficientem saltem per totum annum non inueniat; dolēti & de eo penitentiā petenti salubriter iniungat; & in futurū emēdam promittat. Verus enim & deuotus christianus raro posset allegare sufficiētem causam se a tam salubrī tanquā salutifero & suavi conuiuo abstinendi. Licet bene ad tempus de licentia tamen sui proprii sacerdotis ut dicitur in c. superius citato: in quo expertus sum magnam negligentiam & tepiditatē pro quolibet etiam minimo abstinentium: & non minorem temeritatē quā plurimum insipientiū curatorum eos leuiter licentientiū nec dum ad tempus: uerum ex illa leui occasione accepta potius q̄ data per totum annum quod persepe in meis ordinariis uisitationibus reprehēdi. Vtrum tamē is qui sustinuit magnam iniuriā uel damnū ab aliquo in bonis externis aut in persona: propter quod sic iniuriam seu damnū passus denegat iniuriā tori salutationem & alia cōmunia signa exteriora amicicæ: omnitemen odio & rancore a corde remoto licite possit licentiarī ad cōmunionē: uide singulariter per dominū Durandum ordinis minorū in sua summa. Et ex mēte illius per dominum Archiepiscopū florentinū sua parte secunda. ti. 8. c. 5. Q. 6. quod bene nota. Mam est questio quæ persepe accidit & de qua quāpluries in uisitando sui scicitatus: pro quo causa uide bonā glosam decretorū dis. 90. Si quis cōfristatus.

 Ognito ex prædictis interrogationibus q̄ penitens non est excōmunicatus. Et q̄ in confitendo: penitentiā iniunctam adimplendo; & in semel saltem in anno cōmunicando obtemperauit ecclesiæ precepto: tunc in feruore caritatis excitatus deuoto & feruenti animo suspirans dicat pro uenialibus confessionē generalē latino uel usitato sermone inquiēs. Ego nimis teus peccator confiteor deo omnipotenti: & tibi pa-

Exortatio spiritualis ad compunctionē peccatorum.

De arte & modo

ter qui locū eius tenes me in lege dei mei grauiter peccasse
fateor &c. usq; in locum illum dico tibi meā culpam. Tunc
confessor satis congrue ut puto poterit pro penitēte domi-
nū deprecari subdens orationem illam cōmunē deprecati-
uam dominus parcat tibi; misereatur tui omnipotens de-
us detq; tibi gratiam ut ueraciter & fructuose cōfitearis; & di-
mittat tibi omnia peccata tua: liberet te ab omni malo: sal-
uet & confirmet te in omni opere bono & perducat te in ui-
tam eternā. Amen. Deinde sacerdos ēm gratiā sibi a domi-
no traditam incipiat generali sermone preparare penitēte
ipsum ad contritionē de peccatis suis habendā & ad inte-
grā ipsorū confessionē faciendā. Proponens ei quomodo
uera & fructuosa confessio peccatorū debet esse circūstan-
tionata adornata atq; inuestita decem & sex cōdicionibus
& circūstantiis seu proprietatibus quas theologi doctores
pertractant li. 4. dist. 17. Et sunt iste quæ sequūtur puta q;
sit simplex/humilis/pura/fidelis/frequens/nuda/discreta/
libens/uerecunda/integra/secreta / lacrimabilis/accelerata/
fortis/accusans/parere parata. Debet ergo confessio q; pri-
mo esse simplex .i. non uerbis ornatis cōposita sed potius
sine implicatione uerborū ita: ut quecumq; peccata cōmisi
mente ore & opere sacerdoti proponat: ut Augustinus in
solido quis dicit: sicq; dicantur peccata cum circūstantiis q;
alia superflua & extranea ibidē non immisceātur. Secūdo
debet esse cōfessio humilis interius. s. & exterius. Exterius
quidē ut flexis genibus capite discooperto si est vir: uelato
aut si est mulier ut supra diximus humilibusq; uestibus:&
totū hoc saltē ex cōgruitate. Hācnāq; humilitatē prēmaxi
me prætēdere debet penitēs in mēte sibi ipsi ascribēdo pec-
cata sua/non deo ipsum specialiter nō iubanti: uel demoni
ipsum impugnant: uel homini ipsum incitanti: uel cōstel-
lationi inclinanti. Debet etiam hanc humilitatē prætende-
re in modo loquendi: ut se miserū & peccatorē fateatur: &

non se de bonis quæ egit iactando: ut multi stolidi faciūt.
Debet tertio confessio esse pura,i.recta cum intentione fa-
cta non ad laudem populi: neq; ut bonus reputetur: neq;
principal' ut flagella penasq; euadat aut infirmitates: sed
ut ueram cōsequatur remissionem peccati. Pura etiā debet
esse; ita ut non taceat quæ egit; neq; imēdo se singat quæ nō
egit: quia par delictū est in utroq;. Debet quarto esse fide-
lis.i.ut fiat in fide ecclesiæ & ea fide aut fiducia: ut speret in
de consequi ueniā peccatorū: quia nemo potest digne age-
re pœnitētiā: nisi qui sperauerit ueniā: ut Ambrosius dī-
cit de pœ.dis.1.nemo potest. Debet quinto esse frequēs: ut
qui frequenter cadit: frequenter resurgat per cōfessionem.
de pœ.dis.3.septies.&c.adhuc.uel debet esse frequēs: ut ea
dem peccata pluries confiteatur: quia ut Augustinus dicit
in li.de pœnitentia. quanto pluribus cōfitebitur turpitudi-
nem criminis: tanto facilius inuenerit gratiā remissionis.
de pœ.dist.1.quē pœnitētē: licet urūq; istorū quo ad confes-
sionem actualem non fuerit necessitatis sed tñm congruita-
tis. Debet sexto esse nuda.i.manifesta non obscuritate uer-
borum uelata seu inuoluta: neq; per circuloquia aliqualiter
excusancia: licet in materia turpi honestiori modo quo po-
test cōfiteri habet: ut Guillelmus dicit: sic tamen q; ueris-
milter credat confessore intelligere eū. Debet septimo esse
discreta.i.q; quātum in ipso sit: discreto sacerdoti confitea-
tur: qui sciat cognoscere peccatorū qualitates / & adhibere
cōgrua remedia: de pœ.di.6 qui uult. Vel discreta.i.q; dis-
crete & distincte mortalia cōfiteatur ea ad numerū redigē-
do inquātū potest recordari. Vel discreta esse debet: ita ut
maioricū ponderositate & animi amaritudine & dolore
dicat grauiora q; leuiora. Debet octauo esse libens.i.uolun-
taria & non violenta nec coacta timore s. penæ infernalis
uel confusionis: & ne arceatur ab ingressu ecclesiæ uel alias
quia(ut sic) talis parum ualeret. Debet nono esse uerēcūda

De arte & modo

ita ut poenitens cū pudore & uerecundia sua peccata coram confessore detestetur & non gloriando de cōmissis ut qui dam male faciunt : quos pulchre reprehendit propheta in psalmo. 51. dicens. Quid gloriatis in malicia &c. Et sapiēs in prouerbiis. Lætatur cū male fecerint & exultant in reb⁹ pessimis. Debet ergo confessio esse uerecunda q̄ uerecūdia magna pars poenitētiæ est: ut Augustinus in li. de poenitētia. & habetur lib. 4. dist. 17. Et de poe. dist. i. quē poenitet. Debet decimo esse integra ita ut oīa mortalia quæ in memoria habet integræ uni & non pluribus sacerdotibus confiteatur confessionē diuidēdo. Caueat nāq̄ (inquit Augustinus de poe. dist. 4.) ne uerecundia ductus diuidat cōfessionem. Nam hoc est ad hypocresim tendere & semper uenia carere. Debet. 11. esse secreta. i. facta in foro conscientiæ: qui forus est secretus inter cōfessorem & poenitentē. Ad cuius secreti obseruantia quotuplici in re uterq; obligetur: uideri habet per theologos in. 4. dist. 21. Debet. 12. esse lacrimabilis. i. cum dolore seu displicentia maxima de peccatis iuxta illud propheticū. Exitus aquarum deduxerunt oculi mei: quia non custodierunt legem tuam. Et Crisostomus de poe. dist. i. lacrimæ lauant delictū: quod pudor est confiteri. Et iterum spongia peccatorū lacrimæ sunt. Debet. 13. esse accelerata aut festinata. i. q̄ cito post peccatum confiteatur & nō crastinet de die in diē: ne forte morte præoccupatus querat locū poenitētiæ: & nō inueniat: licet statim peccatorē confiteri & si sit magnæ securitatis: non tamē regulariter loquendo necessitatis ut dicitur. 4. sententiarū. dist. 17. Debet. 14. esse fortis ita. s. ut poenitēs neq; propter uerecūdiam & immanitatē sceletis nec propter timorē poenitētiæ iniungendæ non dimittat aliud absconditū in sinu peccatoris sui: sed fortiter & audacter dicat cum Pb. 31. si abscondi in sinu meo peccata mea: aut si erubui confiteri peccata mea. Debet. 15. esse accusans. i. ut poenitēs se accuset &

non excuset iuxta illud prophetæ psalmo. 31. Dixi confitebor aduersum me &c. seipsumq; accuset & non aliū: ut supra dictum est. Debet. 16. & ultimo cōfessio esse parere parata. i. pœnitētis debet esse paratus fideliter & cōplete obedi re cōfessori in his quæ sibi pro peccatis cōfessis imponent iuxta illud Augustini de poe. distin. 5. c. 1. ponat se in potestate iudicis nihil sibi reseruans: ut oia faciat eo iubēte &c.



Ostquā ergo ex discursu & moralitate supradi-
ctarum condicionū confessionis sacramētalis
cor penitentis aliqualiter fuerit emolitū ad cō-
unctionē & uerum suorū scelerum confessio-

Exortatio
particula
ris ad cō-
unctionē
penitētis.

nem. Tunc confessor ad hoc idē adhuc plus & ultra alliciē-
dum descendere habet magis in specie ad practicam ipsius
confessionis: significās & insinuās ipsi pœnitenti: quomo-
do sacramētū istud pœnitētiae habet tres partes principa-
les ipsum integrantes quæ sunt/ contritio / confessio / & sa-
tisfactio / de quibus magister & doctores li. 4. dist. 16. & di-
stin. 17. Et ita quicūq; uerus & fidelis christianus quando
accedit ad hoc salutare sacramētū ad hoc quod sua pœnitē-
tia sit uera fructuosa grata & deo accepta: necesse est ut ha-
beat in corde contritionē: in ore/ confessionē : & in opere/
satisfactionem. Et de uno quoq; istorū trium pius & dis-
cretus confessor fm gratiam sibi a domino impartitā de-
bet ipsi pœnitenti portationem quādam succinctam face-
re ad alliciendum eum (ut dixi) ad compunctionem. Et pri-
mū de contritione significans eius quātitatē quia ut a ma-
gistris dicitur / est dolor uoluntarie assumptus pro pecca-
tis cum proposito confitendi & satisfaciendi . Et quid in-
tersit inter contritio nem & attritionem: quia contritio est
dolor perfectus gratia informatus sed attritio dolor imp-
fectus & informis . Et quomodo uera cōtritio implicat in
duplē respectum unū. s. ad preterita peccata ea detestan-
do & abominando. Et alium ad futura firmiter. s. propo-

De arte & modo

nendo se deinceps ea nō perpetrare pro quocūq; bono cōsequendo aut malo uitando. Item q̄uo talis dolor contritionis & abominatiōis debet esse de omniibus pœnitētia in generali & de unoquoq; in particulari fīm illud Esaiae. 38. Excogitabo tibi ōes annos meos in amaritudine aniātæ meæ. Item debet eidem dicere de illius doloris in se magnitudine & quātitate: quia interior uoluntatis debet esse maximus quæ ordinat in hac uita haberī potest fīm illud Trenorū. 2. Magna est uelut mare contritio tua. Et Hieremīx. 6. Luctum unigeniti fac tibi planctū amarū. Et Iohelis. 2. Conuertimini ad me in toto corde uestro in ieiunio flectu & planctu. Item deberet ei dicere de illius cōtritionis fructu & utilitate quomodo .f. illius uirtute in ordine ad claves ecclesiæ remittuntur omnia peccata quātūcunq; grauia & enormia. Et debet adducere ad memoriā eius exēpla sacræ scripturæ perhibētis quomodo multi magni & profundi peccatores propter magnitudinē contritionis mox consecuti sunt remissionē suorū peccatorū: ut patet in David cui mox ut dixit. Peccauit: prædictū est ei per prophetā Nathā. Et trāstulit a te peccatum. 2. regū. 12. Patet etiā de latrone pendente qui uix compleuit dicere. Memento mei domine dū ueneris in regnū tuū: cū audire meruit. Amen dico tibi hodie tecū eris in paradiſo. Luce. 22. Patet etiā exemplo Mariæ Magdalenæ cui dictū est Luce. 7. Remittuntur ei peccata multa: qm̄ dilexit multū. Pateret etiā exēple Mathæi sedētis in theloneo & Pauli apli qui ex persecutore effectus est uas electionis & multorum aliorū quos longum esset enarrare.

Exortatio ad confessionem.



Vm hæc & his similia de cōtritione peritus cōfessor prædixerit pœnitenti: statim & de secunda parte pœnitentia. f. de confessione facturus est eidem aliā breuē sermocinationē admonēs cū q̄ nō uereatur integrē cōfiteri peccata sua eo modo qno

fuerunt ab eodem cōmissa, & nedū peccata : uerū & pecca-
torū circūstantias illas saltem quæ agrauant; & quæ præci-
pue mutant speciē peccati de quibus infra. Et quō ad inte-
gre confitendū peccata sua nō deberet accedere impræme-
ditatus, sed magna cū discussione & examinatione cōscien-
tiae suæ per aliquos dies ante; ut supra meminimus in sup-
positione prima, Imo ut dominus cācellarius parisiēsis in
suo tripartito de præceptis. c. 16. dicit salubre cōsiliū esset:
ut christianus quilibet singulis diebus bis aut semel sero &
in mane: aut saltē festiuis seu dominicis diebus (ut Scotus
quoq; in dist. 9. lib. 3. significare uidetur) redeat ad cor suū
cōscientiā examinans dolens de cōmissis & cauere in futu-
rum proponēs: atq; iuxta dei & ecclesiæ mandatū propo-
situm habens integrā peccatorū suorū confessionē facien-
di pro loco & tempore. Et interim (ut idem cācellarius ibi
dem subdit) securus existat se in salutis & gratiæ statu con-
sistere & uitā æternam mereri. Et q; si talis absq; alia cōfes-
sione continuo decederet in absencia sacerdotis dormien-
do aut alio quoquis modo morte subita præuentus finali-
ter saluaretur acerbissima purgatoriī pena mediante / satis
quoq; uidetur sentire idē prædictus dominus cācellarius
in eadē secūda parte tractatu de indulgentiis, consideratio-
ne. 3. Ostēdere etiā habet discretus confessor ipsi pœnitēti
quō pudor ille quē in cōfitendo sclera sua patitur: ad ma-
gnū meritū sibi cedet: futurāq; operabif cōscientiæ trāquil-
litatē. Et si pœnitēs ipse uerecūdus sit & nimio pudore de-
tentus: utpote q; forte iuuenis uel puella seu foemina exilis
cōplexionis apud tales præ cæteris persuadendū est primi-
tus & figendū in aio: quēadmodū confessio sacramentalis
est secretissima: & q; omni sciēti deo potius sit q; homini:
nō ad reuelandū etiā si ad id usq; ad mortē a quoq; cōpelle
ref nec ad accusandū sed ad euitadū aut absoluendū & per
petuæ quitadū. Laboret itaq; prudēs cōfessor tollere oēm

De arte & modo

talem suspicionē a pœnitēte: nec etiā formidet q̄ propter detegenda peccata quātūcunq̄ enormia confessor ipse sit ipsum pœnitentē postmodū odio habiturus aut cōceptus accusaturus. Imo tenerius eū diligit sicut filiū charissimū: qui suæ fidei se totum cōmisit. Deniq̄ ostēdat quātæ iniquitatis est & hypocrisis pessime quiq; uelle celare in confessione corā deo cui oīa sunt nuda etiam anteq; fiant; neq; corā illo cōfessore iā experto & tā prouecte & mature x̄tatis (ut eē debet) cui etiā nihil tā fœdū & turpe detegi habet: ut multa alia eo fœdiora & abominabiliora detecta forte longe ante nō fuerint. Et quēadmodū hoc agere esset seipsum turpiter fallere: esse quoq; melius dicat si nō cōfessus abscedere uelit: q̄ fingere confessionē imperfectā. Sæpe igitur atq; sæpius ei prædicat q̄ si celat aliquid / cōfessio sua & absolutio penitus inualida est & irrisoria / & irā dei prouocans. Dici deniq; poterit suaui tñ eloquio: ut si mallet altericōsiteri: pergit in noie dñi: dum tñ confessorē diligentē & discretū accipiat: & integrā confessionē faciat: ostēdatq; ei & aliis pœnitētibus q̄ in eis nō quæstū ullū: sed tñ salutem animarū suarū & solutionem liberam a laqueis peccatorum quærat: dicens illud Genesis, 14. Da mihi animas: cætera tibi tolle. Et alibi cum apostolo. Nō quæro uestra sed uos. 2.ad Corinthios, 12. Et ad philipēses, 4. nō quæro datum sed fructum.

Exhortatio ad satisfactionem.



Aec & alia cōsimilia quæ potius unctio q̄ scriptura docere habet: cū diligens & pius cōfessor circa confessionē dissenserit ipsi pœnitēti. Circa tertiā & ultimā pœnitentiæ partē hoc est circa satisfactionē non dissimile sermonē perorabit dicēs ei: quomodo peccator propter quodcūq; peccatū mortale cū sit offensa mali infiniti boni incurrit reatū pœnæ xternæ ut theologi dicūt li, 2. di, 42. & sanctus Thomas ibi & sua prima, 2. q. 87. Et ita quantū est in se manet perpetuo man-

cipatus supliciis infernalibus; sed uirtute cōtritionis in or-
dinē ad claves ecclesiæ remittitur ei culpa macula uel offen-
sa. Et poena æterna cōmutatur in temporalē hic exsoluen-
dam uel post mortem in purgatorio. Ad quantā tamē pœ-
nam temporalē in iudicio dei peccatorū post contritionē
& confessionē atq; sacerdotalem absolutionē maneat obli-
gatus: soli deo constat: & de lege cōmuni & ordinata later
confessorē quemq; ut infra magis dicetur: pro nunc sat sit
innotescere pœnitenti q; totam illā pœnam temporalē ad
quam post usum claviū ecclesiæ manet obligatus tenetur
exsoluere uel hic ut dixi in purgatorio. Ostendendū deniq;
est ei quomodo pœnce quæ in hac uita tollerātur cum sint
spontaneæ aut uolūtariæ sunt magis utiles & fructuose q;
quæ in purgatorio tollerantur. Eē contra pœnæ purgato-
rii mirū in modū sunt seniores & crudeliores pœnis tolle-
ratis in hac uita s̄m illud Augustini in quodā sermone: &
inde uera & falsa pœnitentia ca. 18. & trahit a magistro in
4. distin. 20. Et in decretis dist. 25. qui in aliud. & de pœ. di-
stin. 7. nullus. ubi inquit Augustinus q; illeignis & si æter-
nus non sit. miro tamen modo grauis est. Excellit em̄ om-
inem pœnā quā unq; passus sit aliquis in hac uita. Nunquā
enim in carne tanta inuenta est pœna: licet mirabilia marti-
res passi sunt tormenta: adeo ut sanctus Thomas & alii
theologi distin. 21. lib. 4. dicant q; minima purgatorii pœ-
na excedit maximā pœnam huius uitæ: propter quod ad
hebræos. 10. uas electionis dicebat: horrendum est incidere
in manus dei uiuentis. Et propheta regius in psalmo. Do-
mine ne in furore tuo arguas me: super quo glo. hic seca/
hic ure & nō in futuro: propter quæ oia persuadēdū est an
licet pœnitēti: ut pœnā illā satisfactoriā quæ relinquis ei ex
piāda post cōtritionē & cōfessionē hic potius & præcipue
de manu cōfessoris habētis c' aues ecclīæ eligat sustinere q;
in purgatorio: coneturq; libēter acceptare quēlibet pœnitē

De arte & modo

tiam a sacerdote sibi iniunctā : & acceptatā pro uitibus cū
dei auxilio adimplere: certū ipm faciens q̄ si hic nullā susti-
nuerit: ibi restabit exsolueda in totum. Et si hic modicā &
paruā exsoluerit: ibi multam & magnā. Et eque si hic ma-
gnā: ibi paruā. Et si hic totā: ibi nullam. Et ideo cōsulendo
pōnitentē admoneat prudēs & fidelis cōfessor: ut & ipse
spōte se puniat iejunādo peregrinādo carnē macerādo deū
obnoxius orādo & eleemosinas largiēdo aliisq̄ modis si-
bi beneplacitis: ut si forte pōnitētia ei per confessore iniū-
cta propter fragilitatē humanā non fuerit ex toto adequa-
ta pōnx sibi in iudicio dei taxatē: per illas & cōsimiles pō-
nas ab eodē pōnitētē uolūtarie assumptas simplr expiet
uel saltē in parte plus aut minus. Erit itaq̄ totus decursus
hic ad persuadēdū ipsi pōnitēti: ut sit prōptus & paratus
obedire cōfessori discreto & pio. Et in pōnitētē p̄ pecca-
tis cōfitendis iniūgēdæ acceptatione: & in sic acceptatæ ad
impletione. De aliis uero cōcernētibus satisfactionē & pō-
nitentīe iniūctionē: inferius erit aptior locus dicendi.

Prelu-
diū confe-
soris ad e-
molēdum
co: penitē-
tis.



Ostquā ergo cōfessor modo supradicto expo-
suerit pōnitenti cōmemoratas tres partes inte-
graes pōnitentīe earūq̄ maximā necessitatē.
Anteq̄ pōnitens incipiat serio cōfiteri peccata
sua: debet cōfessor ipse præmittere ei breue aliquod prælu-
diū dulci & suaui eloquio proponēs ei immēsa diuinæ lar-
gitatis beneficia ei collata: ipsum, s. ex nihilo crēādo ad ima-
ginē & similitudinē suā. Gene. I. eundēq̄ creatū gubernat
& pascit atq̄ angelico ministerio custodit ut dicit in psal.
angelis suis mandauit de te ut custodianc te in oib⁹ uis-
tuis. Suo etiā præcioso sanguine redemit. I. Petri. I. Non
corruptibili auro uel argēto redempti estis de uana uīra cō-
seruatione: sed præcioso sanguine agni immaculati: uitam
quoq̄ æternā quantū est in se ab æterno ei præparādo. Ad
ephe. I. elegit nos ante mundi cōstitutionē. Proponat etiā

illi mundi huius uanitatē. Ecclesiastes. 1. Vanitas uanitatū
 & oīa uanitas. Temptationē diaboli qui tanq̄ leo rugiens
 circuit quærēs quē deuoret. 1. Petri. 5. Itē peccati momēta-
 neā delectationē: q̄ ut Gregorius inquit. Momētaneū est
 quod delectat: æternū qd' cruciat. Item uitæ breuitatē. Job.
 14. Breues dies hois sunt. Mortis certitudinē. ad hebræos
 9. statutū est hominibus semel mori. Itē temporis mortis
 incertitudinē: q̄ nescit hō finē suū. Ecclesiastes. 9. Itē extre-
 mi iudicii terribilē examinationē: q̄ omnes stabimus ante
 tribunal christi: ut unusquisq; referat quæ gessit. Itē oīum
 peccatorū in illo iudicio propalationē & peccatorū cōfusio-
 nem. Ad 10. 6. Quē fructū habuistis tunc: de quibus nunc
 erubescitis. Itē dānatorū iudicibilē & angustā coarctatio-
 nem. Nā ut Augustinus inquit. O q̄ anguste erunt tunc re
 probis uitæ superiori iudice irato. Inferius horrendū cahos
A dextris peccata accusantia. A sinistris infinita dæmonia
 Interius cōscientia urēs. Exterius mūdus ardēs. Miser pec-
 cator sic deprehēsus quo fugiet? Latere erit impossibile. Ap-
 parere intollerabile. Itē penarū inferni interminationē: q̄
 ibunt hi in ignē æternū. Mathæi. 25. Itē christi pietatē qui
 non uenit uocare iustos sed peccatores ad pœnitentiā Ma-
 thæi. 9. Et maius gaudium sit in cælo super uno peccatore
 pœnitentiā agente &c. Luce. 15. Et quacūq; hora peccator
 ingemuerit: uita uiuet & nō morietur. Ezechielis. 18. Et cō
 uertimini addūm deū uīm: qm̄ benignus est & misericors
 & præstabilis super oēm maliciam. Ioelis. 2. Eiusq; mia si
 exaltat iudiciū. Iaco. 2. Neq; uult mortē peccatoris: sed ma-
 gis ut conuertatur & uiuat Ezechie. 18. &. 33. Neq; delectat
 in perditione uiuorū. Sapiē. 1. Q̄ in potius cotidie pulsat
 ad hostiū cordis nři. Et si ei aperit: intrat & cœnat nobiscū
 Apoca. 3. Cōtinuo exhortat peccatores ad pœnitentiā dicēs.
 Conuertimini ad me: & ego cōuertar ad uos. Zachariæ. 1.
 Nā & delitiæ mex esse cū filiis hominū. prouer. 8.

De arte & modo

Documen-
tum circa
modis quē
in cōfren-
do penitē-
habere de-
bet.



Vm ex prædictis exhortationibus iā cor pœni-
tētis nī fuerit lapideū aliquatenus fuerit emol-
litū & allectū ad seruētem cōunctionē & ad
uerā & integrā peccatorū confessionē &c. tunc
pœnitēs ipse incipiet spáliter discrete & ordinate (si sciat)
peccata cōmissa detegere eo .s. ordine & modo quo pecca-
uit: uel saltem eo ordine quo fuerint eius memorix oblata
per præcedentē cōscientiæ examinationē & discussiōnem.
Et interim q̄ peccator scit cōsideri & referre cōmissa discre-
tus cōfessor permittat eū dicere donec cognoscat eū in ali-
quo titubare. Et tunc adiuuet ipsum dirigēdo/consulēdo/
refocillādo & aliquid erubescētiā aut uerecūdiā subleuā-
do/dicens. Fili fortiaio esto in proximo est ut cureris a do-
mino. Thobiæ.5. Viriliter age & cōforteſ cor tuū. Et sicut
peccare nō erubuisti:cōsideri non paureas: quia misericors est
deus & præstabilis super omniē maliciā. Nā si uerā pœnitē-
tiam egeris: peccatorū tuorū sine dubio misericordiā cōse-
queris. Cōsiderere ergo & dic. De pfundis clamaui ad te dñe;
Dic fili mi tu iniqūtates tuas:ut iustificeris. Nam si tu nō
clauseris os tuū: nō claudet super te puteus inferni os suū:
ut Augustinus dicit super psalmū.68. Præcaueat summo
opere prudēs confessor ne a principio sit austerus tristis &
rigidus. Et quicquid pœnitēs in cōfessione detegerit non
admiretur nō reprehēdat neq̄ scādalizetur; neq̄ s̄xpius ex-
puat; nec caput insolite moueat nec in suspiria aut (quod
absit) uociferationes suspicioſas uel cōsimiles gesticulati-
nes prorūpat. Mox enim per hīdī clauditur os obstinati
peccatoris: quin potius quousq̄ cōpleat cōsideri peccata sua
sic sacerdos affabilis & dulcis in loquendo: pius benignus
& māsuetus in præcordialiter pœnitēti cōpatiēdo: pro tūc
infundēs vulneribus suorū peccatorū oleū cōfolationis cō-
fidētiæ & bonæ spei. Caueat deniq̄ astutus cōfessor ne cū
pœnitēs detegerit peccata sua; aspiciat fixe uultū cōsidentis

(ut supra meminimus) sed poti^{us} cōfessor tūc pr̄xmaxime
 diuertat uultum suū quasi nō audiēs nec attendēs ad ea; ne
 ipsum cōfiteat turbet: uerecūdari & titubare faciat. Et sic
 uerecūdia aut exasperatione ductus nō integre cōfiteat. Si
 uero pœnitēs fuerit adeo simplex & ruralis ut nesciat ordi-
 nate dicere: laboret cōfessor ut cōfiteat saltē grauiora quæ
 magis grauat eius cōscientiā: ut ex illis prudēs cōfessor pos-
 sit perpēdere de quib^{us} deinceps habeat eū interrogare. Cū
 tñ pœnitēs scit ordinate uel p semetiām cōfiteri nō impe-
 diaat neq^{ue} interroget: nā per hoc tollitur multū erubescētiae
 quæ (ut Aug. dicit) magna pars pœnitētiae est: maior nāq^{ue}
 cū erubescētia solat confitētes dicere peccata cōmissa per se
 metipso: q̄ solūmodo ad interrogata respōdēdo. Et si cō-
 tingat tūc inter 2fitēdū aliqd interrogare & requerere a cō-
 fitēte: erit solū p prudentē cōfessorē supplēdo ubi iām cōfi-
 tentē deficere uiderit in exprimēdo. s. circūstātias illas ma-
 xime quæ multū a ggrauare uel mutare seu trāfferre speciē
 peccati cognouerit: uel exponēdo aliqd esse mortale quod
 proueniali a pœnitēte cōfiteat: uel si sit tale qđ habeat anexā
 restitutionē aut excōicationē & hmōi quæ ipse pœnitens
 nō perpēdit neq^{ue} aduertit. Expedit deniq^{ue} ut diligēs cōfes-
 sor zelū animarū habēs cōmēdet propriē memoriā oia cri-
 mina sibi per spōtaneā cōfessionē pœnitētis detecta: neq^{ue}
 ut dixi ullū ex ipsis ante complectā cōfessionē reprehēdat:
 ne ex tali reprehēsione exasperatus cōfessionē nō expleat.
 Qua tñ completa reprehēdet & arguet eū plus uel minus
 prout uiderit ei expedire: ut infra magis edoceri habet.



Ostq^{ue} ergo pœnitēs sic p̄meditatus & cōsciētia Documē-
tum circa
interroga-
tiones cō-
fessoris.
 examinat^{ur} atq^{ue} discussus detegēt fidēl^r & inte-
 gre iāpi 2fessori oia p̄cā q̄ memoriā ei^{us} p talē cō-
 sciētiae examinationē occurrit: neq^{ue} uideat sibi
 āph^{us} aliqd ultra detegēdū uel q̄ forte (ut dixi) est tā simplex
 & rudis aut uerecūdia p̄peditus: ut nesciat serio & ordinate

De arte & modo

quicq̄ confiteri. Tunc prudēs & diligens confessor incipiet eum interrogare. Non enim (ut opinor) sunt audiendi in hac re hi qui nihil interrogandū aut inquirendū esse dicunt a confessis: presertim cū hoc ipsum uelint & quā maxime requirat ipsi confessi (ut ex nostris uisitationibus s̄æpe atq; s̄æpius colligere potimus. Alioquin non satis consultatur uerecūdīx ignorantīx & fragilitati peccantiū; neq; impletur illud scripturæ. Alter alterius onera portare & consumilia. Frequenter enim (ut sanctus Thomas in dist. 19. lib. 4. dicit) quā præ confusionē confitens taceret: interrogatus reuelat; licet sint quidam (ut Ioannes gerson in sua secūda parte dicit) male respondentes affirmatiue ad omnia quā confessor interrogat: propter quod in huiusmodi interrogationibus (ut Augustinus dicit in lib. de pœnitentia & trahitura magistro lib. 4. dist. 19. Et a Gratiano de pœ. dist. 6.) diligens inquisitor & subtilis inuestigator sapiēter & astute se habere debet. ¶ Aliquod iuxta sanctum Thomā in ea dem dist. 19. lib. 4. Confessor tria sagaciter obseruare debet Primū ut interroget de peccatis & nō de fabulis aliis mūdanis. Et præcipue habet interrogare de peccatis cōmuni bus cuiusmodi est transgressio uel omissione decē præceptorum decalogi. Cōmissio septē uítiorū capitaliū &c. de quibus infra: neq; interrogare habet oēs de omnib: sed quisq; ueniet interrogandus de illis uitiis præcipue quā cōsueuerunt reperiri in hominibus illius condicionis & status: ut principes & iudices de iusticia. Milites & stipendarii de rapinis & incendiis. Mercatores & officiales & mechanici de periurio/dolo/mēdacio/furto. Ciues de usuriis. Clerici de symonia & omissione. Adolescentes de luxuriis & lasciviis. Et sic de aliis ut infra dicetur. Hinc supra in suppōne secūda. Diximus multū decere q; confessor a principio querat de officio & statu pœnitentis: si ipsum alias nō cognoscit: ut prudētius & congruētius possit formare interrogations.

Tria ob-
seruanda a
confessore
in interro-
gando pe-
nitentem.
Primum.

Derisio namqe esset quererere a fœmina de milicia; & a religioso de armis & sic de cæteris. Secundū quod in hmōi in terrogationibus prudens confessor attendere habet: ut ex-plicite non interroget a principio nisi de peccatis cōibus & consuetis quæ fere sunt omnibus nota. De aliis uero peccatorum adiuuētionibus & de peccatis inconsuetis & enor-mibus & contra naturā nō interroget nisi in generali & a longe & remotis & per quasdam circūlocutiones: ut si pœnitens tale qd cōmisit dicat: & si nō cōmisit non addiscat. De talibus enim dicitur proverbiorū .ii. qui inuestigator malorū est: opprimetur ab eis. Verbi gratia. si poenitēs fa-tetur secōmisisse uitium luxuriæ: nō statim querat: si seipsum manibus polluerit & hmōi: sed sat est querere quod aut cum quibus & hmōi. Tertium est ut non descendat ni-mis ad particulares circūstantias peccatorū præcipue carna-lium quæ a multis summa cum difficultate uix possunt ex-torqueri: quia ut philosophus dicit Ethicorū .3. Delectabi-lia quāto magis particulariter considerantur: tanto magis sunt apta nata mouere & inflāmare. Nā hoc esset & seipsū in temptationē inducere: & adiuuētiones peccatorū doce-re eos qui ignorat: utpote si mulier fateatur quod fuerit cogni-ta extra uas debitū: non querat cōfessor postea quod aut in quo loco & hmōi: sicut faciūt quidā curiosi qui potius di-cūtūr cōtaminatores quā confessores: qui sæpius peccant mortaliter delectando se de huiusmodi interrogationibus faciendo eas propter curiositatem & delectationem: & ita nocent sibi & etiam consitenti. Sufficere enim debet ei in huiusmodi habere ultimā & specialem speciē peccati. Alias uero turpidines & in honestas fœditates quas miseribaldi & brutales homines adiuueniunt: ipsimet si uolunt ex-primit: non tamen quæsiti. Non sit itaqe prudens con-fessor curiosus in inquirendo particulares circumstantias peccatorū: quæ non multū augent uel grauant seu uariant

Tertium.

Secunda

De arte & modo

speciem peccati; quoniā nascetur inde aliquādo uel tēptatio periculosa uel turpitudo nimia aut suspicio retardatiua confitendi; sed in his cautus confessor pergere debet pedentim incipiēs a generalioribus quæ nullā aut modicam uidentur includere culpam ad specialiora. Et a minus turpi bus ad turpiora. Et quasi a causis generaliorib^z ad effectus earum speciales. Et si ant huiusmodi interrogationes honestioribus uerbis quā materia ipsa de qua sermo fit patiatur propter uitandā tamen aliquā in uerbis foeditatem nō dimittat penitens explicare omnia peccata quantū & quo usq^z prudens confessor iudicauerit expedire ad sufficiētē de eis noticiā habendā; tum ut sciat cōfessor congruam eis medelā adhibere; tum etiā pro foeneratione conscientiarū eorum qui confitentur; quia forte postmodū grauioribus urgentur stimulis quasi non bene & integre peccata sua cōfessi fuissent. Et cum cōfessor iubere habeat ne confessi aliorum crima detegant nominando eos uel signis certis notificando: nisi forte peccata talia sint quæ nullo modo alter possunt explicari; ut si sororē unicam frater male cognoverit: aut uir uxorem: non minus confessor ipse in interrogacionibus hoc idem obseruare & cauere debet.

Ab oī ob
seruandus
a confessio
re in inter
rogando.



Rēmissis supradictis & consimilibus cautelis & ausamentis quæ confessor discretus in interrogacionibus faciendis obseruare debet: oportet assignare ordinem & modū interrogandi in particulari. Et erit iste qui sequitur ut primo fiat interrogatio de omissione & transgressione de cem preceptorum decalogi. Secūdo de cōmissione septem uitiorū capitalium. Tertio de cōculpabili omissione. 14. operum misericordiæ spiritualiū. s. & corporaliū. Quarto loco de abusione quinq^z sensuū exteriorū. Quinto de aliis quibus interrogacionibus specialibus specialiter concernētibus statum & officiū ipsius cōfidentis. Et quia si interro-

gationibus quæ particulariter circa unūquodq; prædictorum fieri possunt sequi deberē quæ per doctores & theologos & canonistas scripta sunt; fieret (ut ita dicā) processus quidam in infinitū. Ideo & in interrogādo: & in expositiones interrogatorum remittendo sequatur regulariter post Hostiensem Angelū de clausio in sua summa quæ angelica dicitur: quæ inter summulistas modernos (ni fallor) neq; de prolixitate / neq; de breuitate potest designari & defacili a quolibet curato & confessore haberri potest.



Rimū igitur præceptū decalogi est. Nō habebis deos alienos. Exodi. 20. Cuius expositio trahitur a theologis lib. 3. dist. 37. Et a sancto Thoma secunda secūdæ. q. 122. Et opusculo .4. Et ab Angelo in sua summa. præceptum. §. 3. Circa quod possunt per confessorem formari hmoi interrogationes quæ sequuntur.

Interrogationes
circa dece
præcepta de
calogi.

Si pœnitens adorauit aliquā creaturam: aut (ut sic) direxit ad eam aliquam orationem.

Si adorauit diabolū etiā sub angelo lucis sibi apparente: q; est mortale: ut habetur in dist. 9. lib. 3. Et in prædicta summa. adoratio. Q. 10.

Si inuocauerit demones pactum aliquod cū eis faciendo: ibi. Sors. §. 3.

Si usus est necromācia & aromātia & hmoi. Et. 2.2. q. 95.

Si usus est sortibus uel incantationibus ad sciendum furtū & occulta. ibidem uide.

Si uoluerit scire futura per uanum aspectū creaturæ. ibidē.

Si quando obuiauit lepori: uel alteri animali credidit præ sagium alicuius futuri. ibidem.

Si quādo mulier prægnans petit ignē aut huiusmodi utitur ad sciendum futura. uide ibidem.

Si ad pronosticādum futura usus est literis punctis astro labio apertione libri & huiusmodi. ibidem.

De arte & modo

Si ad diuinandum aliquid futurum obseruauerit somnia
uide ibi. §. 5.

Si coluit deum s̄m ritum & ceremonias iudæorū aut gen-
tilium: uide Superstition. §. 1.

Si pro sanitate danda aut recuperáda usus fuerit ligatini-
bus aut characteribus: ibi. §. 1.

Si fecit anulum cū panno duplii aut præcise tali hora: aut
die: ibi. §. 2.

Si usus fuit arte notoria aut eam didiscit aut docuit: uide
ibi. §. 3.

Si usus est herbis supersticiose cōtra demones: uide ibi. §. 6

Si usus est breuibus ligandis uel portandis ad collum: ibi.
§. 7. Et secunda secundæ. q. 96. ar. 4.

Si incantauit animalia aut cōmendauit ne deuorarētur ab
aliis & quomodo: ibidem. §. 8.

Si carminauit infirmos. ibi uide. §. 9.

Si ut quis moreretur dixit aut dici fecit missas uel psalte-
rium: ibi. §. 10.

Si colligendo herbas obseruauit aliqua uana. s. tali die aut
hora &c. uide ibi. §. 11.

Si fecit aliqd ut sciret īfortuniū alicuius: uide ibi. §. 12.

Si per unum maleficium destruxit aliud uel aliquod malū
ibi. §. 13. Et lib. 4. distin. 34.

Si credidit fœminas ire de nocte uel conuerti in bruta: ui-
de ibi. §. 14.

Si habet libros de hmōi sup̄stitutionib?: uide curiositas. §. 1.

Si obseruauit dies egipciacos: uide Superstition. §. 15.

Si dedit poculum ut amaretur ab aliquo: quia est mortale
neq̄ superstitione carens.

Si credidit q̄ ex constellatione cælesti cogatur quis ad bo-
num uel malum: uide Sors. §. 3.

Si usus est sacramentis uel sacramentalibus ad aliquid illi-
citum: uide Sacramentum. §. ultimo.

Si acceptauit duellum uel obtulit uel fuit causa ut fieret; uide duellum.

Si accepit ferrum cades; uel dedit pro manifestanda ueritate; uide purgatio, in principio.

Si est hæreticus aut fautor hæreticorum; uide hæreticus per totum; aut dubius in fide.

Si apostatauit a fide aut fecit actum infidelitatis timore mortis; ibi.

Si portauit uestes infideliū uide ibidem, §. ultimo.

Si nimiā practicam habet cum iudæis; aut intrauit balneū cum eis; uide iudæus, §. I. & balneum.



Ircu secundū præceptū quod est. Non assumes nomen dei in uanū; cuius expositionē uide ubi & expositionem primi: poterit confessor facere huiusmodi interrogations.

Si uota legitime facta non impleuit; uide uotū, I. & 3.

Si nimis distulit uoti impletio nem indeterminati quo ad tempus; ibi uotum. 3.

Si cum tenebatur non adimpleuit uota parentū. ibi, §. 8.

Si impetravit uoti dispensationem sine causa legitima ibi uotum. 4. §. 10. & II.

Si fecit uotum sciens q̄ non poterat; aut de re mala; uel si de bona; tamen propter malū finem; ibi, I.

Si apostatauit ab aliqua religione uel ordine; uide apostasia, §. 2.

Si blasphemauit deum uel sanctos; uel si male dixit eos; uide blasphemia. Et maledictio.

Si nominauit deum uel sanctos opprobriose uel per mēbra uerecunda scienter; quia mortaliter peccauit.

Si sacramentum ecclesiæ enormiter tractauit; uel si dedit aut accepit in mortali, baptismus. uide, §. 10.

Si iurauit falsum qd' credebat uerū aut ecōtra; uide piuriū.

Si iurauit sciens se iurare mendaciū; ibi, aut iurauit malum

De arte & modo

aliquid se facturum: ibi & iuramento. 3.

Si iurauit sine deliberatione: ibi. §. 2. & . §. 10.

Si iurando affirmauit uel dubium uel per uerbum credo qd non credebat, periurium. §. 3. & . 4.

Si iurauit ex metu falsum aut contrauenire iuramento licet non contrafaceret ibi. §. 5. & . 7.

Si induxit aliquem ad iurandum quem sciebat falsum iuratum: uide iuramentum. 3. §. 11.

Si non iurauit ad intentione dantis fraudulententer: uide iuramentum. 4.

Si non compleuit iuratū in casu quo tenebatur: uide periurium. §. 1.

Si fecit se absoluī a iuramento sine causa legitima: uide iuramentum. 6.

Si cū tenebā orare: uoluntarie se distractit: uide hore. §. 27.

Si simulauit sanctitatem quā non habebat: uide Simulatio. §. ultimo.

Si illicite adiurauit homines uel dæmones aut alias creaturas: uide adiuratio.



Ira tertium præceptū quod est. Sanctificate sabbata. Cuius expositio habetur ubi prius poterit confessor formare sequentes interrogations.

Si fecit in diebus festiuis opus manuale aut fieri mandauit in casibus non concessis: uide feria.

Si non uacauit deo in diebus illis missam integrā audiēdo extra casum necessitatis. ibi.

Si uacauit ludis aut choreis: uide chorea. Et ludus.

Si cōtēpsit illis diebꝝ audire predicationē: uide serie. §. 44.

Si non fecit oblationem in missa ad quā tenebatur: uide oblatio. §. 1.

Si in diebus festiuis de præcepto cōmisit aliqua mortalia: uide præceptū. §. 5. Et serie. §. 36. Et quia difficile esset scire

quæ peccata cōmisit in festis. Esset quoq; difficile interro-
gare de quolibet peccato: an illud cōmiserit in festo: ideo
potest sic interrogare. Peccasti mortaliter in festis. Et si di-
cat sic: quære ultra ab eo in quot festiuitatibus. Et si nescit:
interroga eū: si quasi in omnibus uel in maiori parte ipso-
rum uel in minori. Et ultra tertio queratur si in eodem fe-
sto peccauerit aliquando bis uel pluries. Et id sufficit quo
ad illam circumstantiam temporis.

 Irca quartum præceptū qnod est. Honora pa-
trem tuum & matrē tuā. Cuius expositio tra-
hitur in locis prius citatis: poterit confessor fa-
cere sequentes interrogationes.

Si non dilexit patrem uel matrem: neq; ostenditeis signa
dilectionis: uide. filius. §. 30.

Si non subuenit eis in dignitatibus uel si non seruivit uel ser-
uiri fecit in infirmitatibus eorum: uel si obediuit eis: uel si
dixerit uerba iniuriosa: uide ibi.

Si maledixit eis: uide. maledictio. §. 1.

Si non fuit executus eorum uolūtates & legata post mor-
tem: uide executor. & haeres.

 Irca quintum præceptum. s. Non occides: quod ex
ponitur ubi supra. Interrogandus est pœnitens.

Si habuit animū offendendī proximū in persona
uulnerandæ mutilando &c. præceptum. §. 9.

Si uulnerauit uel occidit aliquem uel occidi aut uerberari
fecit: ibi.

Si indebite iucarcerari fecit aliquem: uide. Carcer.

Si aborsum mulieris procurauit: uide aborsum.

Si pueros tenellos tenuit iuxta se in lecto & suffocauit dor-
miendo. Homicidium. 2.

Si cōmisit homicidium spirituale inducendo aliquem ad
mortale uel alias. Homicidium. 4.

Si exercuit spectacula in quibus imminebat periculū pro-

De arte & modo
babile; uide. Spectacula,



Irca sextum præceptum. s. Non mœchaberis.
Cuius expositio habetur in præcōmemoratis
locis de quibus in primo præcepto uenit pœ-
nitens interrogandus.

Si cōmisit fornicationē / uel adulterium / uel stuprum / uel
sacrilegiū / uel incestum / uel sodomiā : aut quoquis alio mo-
do se polluit: uide præceptum, §. 10. & luxuria.

Si uoluntarie & morose cogitauit de huiusmodi peccatis
propter delectationem: uide ibi.

Si cognouit carnalī solutā: q̄ est fornicatio . si coniugatā:
q̄ est adulteriū. si consanguineā uel affinē: q̄ est incestus. si
cū uir gine: quia est stupru. si ea rapuit a domo parentū uel
alias: q̄ est raptus. si erat sanctimonialis aut alias deo dedi-
cata: q̄ est sacrilegiū. si extra uas debitū aut cū brutis : q̄ sic
erit uitiū innoiatū cōtra naturā: de q̄bus oībus ubi supra.

Si dormiuit cū muliere alterius legis: uel econtra.

Si uir aut mulier dixit uel fecit aliqd finaliter & directe or-
dinatum ab eo in opus carnale etiā si opus ipsum ad extra
nō sequatur: ut cū quis inordinate uidet aut tāgit mulierē:
aut ducit choreas; aut propter hoc inordinate se ornat: aut
calida & exquisita comedit ad id cōferētia: uel loquitur aut
delectatur in turpibus colloquiis: uel alias.

Si fuit mediator peccatorū carnaliū: nam tales grauissime
deū offendunt: ut patet in. c. noli. de pœ. dist. 1. & tenentur
quantū possunt taliter inductos reducere ad bonū & sunt
obligati ad restituendū quicqd propter hoc lucratī sunt.

Si habuit pollutionē dormiendo: uide. Pollutio.

Si uoluntarie & deliberate appetiit aliquod prædictorum
cōmittere. ¶ Pro quo tñ aduertat noui cōfessores q̄ iuxta
documēta theologorū li. 2. dist. 42. toties quis peccat mor-
taliter: quoties hoc deliberate appetit perpetrare ex diuer-
sis interuallis temporū uel personarū: puta q̄ nunc appetit

deliberate unā personā ad mœchadū cum ea postea præpeditus/aliā appetit. Demū postea recordatus de illa iterū cōcupiscit eā: q̄ in his casib⁹ sunt diuersæ auersiones: uel ratione téporis uel ratione naturæ. Et q̄ n̄ dictū est maiori cū cautela procedere habet prudens cōfessor circa interrogations fiendas in uitiis carnalibus in quibus cōiter hoies sunt magis inuoluti q̄ in alio. Ideo dignum duxi magis in specie asſignare modū quē in interrogationibus circa huiusmodi uitiū prudens confessor tenere habeat. Si em̄ p̄nitens fuerit persona spiritualis uel mulier aut aliquis non cōiugatus & uerecundus/præsertim puella: interrogabit eā primo si cōmisit aliquod peccatū in honestatis uel luxuriæ opere uel saltē uoluntate: si nihil dicit: & tñ uidetur confessor ex præcedētibus signis q̄ fuerit in aliquo inuoluta: in terrogari debet de cogitationibus: si delectatus fuerit cogitare de hm̄di carnalib⁹. Et habitō q̄ sic caute innotescēdū est ei q̄uo in his cōtingat mortal’r peccare de quo sanctus Thomas prima. 2.q.7 4.ar.8. Et cācellarius parisiensis parte secūda. 30. A. Et in summa præallegata. Cogitatio. §. 2. postea pcedere habet an delectata est audire loqui de huius modi: uel uidere uel tāgere se uel aliā personā: & quoties & si in diebus festiuis magis q̄ in aliis. Et si confiteatur q̄ talia cōmisit: poterit ultra interrogari si habuit aliquam pollutionē propter talia cogitata per se uel cū alia persona: ut sic caute inducatur ad cōfitendū quæ ex uerecūdia forte nō sic pedetētim interrogata taceret. Si uero talis persona fateat se aliquod peccatū luxuriæ etiā in opere cōmisisse: interrogatur si cū soluta an cōiugata & si erāt cōsanguinei uel affines & sic de aliis inducētibus in noticiā speciei peccati.

Inca septimū prœceptū quod est. Non furtū facies. Cuius expositionē inuenies ubi & supra poterunt formari sequentes interrogationes.
Sic cōmisit aliqđ furtū aut rapinā: de quibus uide in furto

De arte & modo

& rapina. Si pedagia iuiusta aut exactiones aut talias in-
debitas exegit: uide, Pedagium. & talia.

Si res naufragantium accepit: uide naufragium. Aut fuit
in bello iniusto. Bellum.

Si inuenit aliquid quod nō restituit: uide inuenta.

Si aliqua mala fide præscripsit uel si cōmisit usuram: uide
Præscriptio. & usura. Si mutauit pecuniā uel granū uel ui-
num uel huiusmodi ut aliquid inde lucraretur: uide usura.
Si structus pignoris nō computauit in sorte: uide pignus.
Si tenuit aliquid uiliori precio propter præuentionem solu-
tionis. Vel si carius uendidit propter dilationē solutionis:
uide usura. §. 58. & §. 63.

Si fecit cābia sicca uel alias illicita: ibi. §. 51. cū sequentibus.
Si dedit pecuniā in societatē cū lucro & sine periculo: uide,
societas. 2. Si accepit aliquo à donū ab eo qui donare nō
potest uel per ludum illicite: uide Donatio. & ludus.

Si accepit aliquid per symoniā: uide symonia.

Si participauit in dando quodcūq; damnū proximo: siue
operādo siue mādādo: uel cōsulēdo / cōsentīdo / adulādo /
receptando / defensando / non euiādo / ratū habendo / non
manifestando: de quibus uide Furtū. & restitutio.

¶ Circa octauū mandatū: quod est. Non dices falsum te-
stimonium. Cuius expositio trahitur in locis aliorū præce-
dentiū præceptorū: poterunt fieri hm̄oi interrogationes.
Si dixit falsum aut mēdaciū in iudicio uel extra in damnū
alterius sui aut proximi: de quo uide Mendaciū. & testis.
Si noluit testimoniuū dicere productus in testē: uel non di-
xit ueritatem: pecunia corruptus: uide. testis.

Si usus fuit astutia in testificando: uide astutia.

¶ Circa nonū præceptū. Non concupisces domū aut rem
proximi tui: quod exponitur locis in primo præcepto cita-
tis poterit poenitens sic interrogari.

Si uoluit habere res proximi per fas & nefas uel iniuste: ui-

de, Auaricia. Et aliis modis de quib^z supra in septimo præcepto. Et infra circa uitium capitale auaricie.

¶ Circa decimū præceptū quod est. Non concupisces uxorem proximi tui. Quod etiam exponitur ubi supra poterit fieri huiusmodi interrogatio.

Si inordinate concipiuit uxorem quācūq; quæ non esset sua. Et aliis modis de quibus supra in sexto præcepto. Et infra circa uitium capitale luxurie.

 Xaminatus aut discussus pœnitens circa dece
præcepta decalogi. Venit ut præmissum est in,
terrogandus circa septem uitia capitalia. Quæ
sunt /superbia / auaricia /luxuria /inuidia /gula /
ira /accidia. Circa superbiam aut sic est interrogandus.

Interro-
gationea
circa septē
pcpt̄a capi-
talia.

Si propter inordinatum amore propriæ excellentiæ egit
aliquid contra diuina præcepta.

Si existimauit habere bonū quod habet a se non a deo.

Si bona q̄ habet creditit a deo sibi data ppter sua merita.

Si se iactauit habere bona quæ non habebat.

Si despectis aliis uoluit uideri singularis : de his omnibus
theologi lib.2. distin.42. & Thomas.2.2.q.162. Et in sum-
ma angelica. Superbiam.

Circa ambitionem quæ ponitur prima filia eius; de qua ui-
de. Ambitio: est ultra quærendus.

Si appetuit beneficia propter honorē principaliter: uel appe-
tiit dignitatem sciens se indignum.

Si procurauit dignitates per uias illicitas; uel si emit publi-
ca officia; aut peruersæ mutuauit.

¶ Circa præsumptionem quæ est secunda eius filia. Est per
quirendus.

Si posuit se ad faciendū quæ erant super facultatem suam.

Si exercuit officium quod nesciebat; uel si exposuit se peri-
culis peccatorum: uel si nimis prælumpsit de dei misericor-
dia: uide præsumptio.

De arte & modo

- ¶ Circa curiositatē quæ ponit ei? tercia filia est interrogād^o. Si uoluit addiscere uel audire quæ fieri nequeunt sine morali: uel si curiosis attendens neglexit necessaria ad salutem animæ. Curiositas.
- ¶ Circa ingratitudinem quæ est quarta filia: queratur. Si despexit dei beneficia uel nō retribuit benefactori: uel ei iniuriam intulit. Ingratitudo.
- ¶ Circa iudicium quæ est quinta filia: requiratur. Si usurpauit iudicium: uel male iudicauit: uide Iudicium.
- ¶ Circa adulacionē quæ est sexta filia: interrogetur. Si fuit adulator: uel adulando prouocauit aliquem ad superbiam uide. Adulatio.
- ¶ Circa septimā superbiæ filiā quæ irrisio dicitur: querat. si derisit proximū: uel deo seruientes.
- ¶ Circa octauā filiam quæ est tentatio dei: queratur: si alii quando exposuit se periculo probabili mortis sine necessitate: uide tētare deum.
- ¶ Circa pertinaciam quæ est nona filia: petatur. Si fuit nimis pertinax in suo sensu: aut fecit aliquid propter arrogatiā quæ ponitur ultima filia superbiæ.
- ¶ Circa avariciam uero quæ ponitur secundū uitium capitale est interrogandus pœnitens.
Si appetiit diuitias & alia bona temporalia inordinate & contra legem dei & dictamen recte rationis. Si acquisiuit diuitias & alia bona tēporalia inordinate per uias illicitas. Si retinet aliquid alienum cōtra uoluntatem domini. Si ob amorē pecuniae aut diuinarum subtraxit sibi necessaria & quo ad animā & quo ad corporis sustentationem. Si propter amorē diuinarū falsificauit uel monetā: uel aliiquid instrumentū scripturæ: uel illud destruxit uel occultauit aut falsificauit mensuras & pondera.
- Si uēdedit rē unā pro alia, puta uinū limphatū pro puro. Si suratus est gabellas aut pedagium iuste positum,

Silusit aliquo ludo intentione expoliandi proximū: aut fraudem aliquam ibi cōmittendo.

¶ Circa luxuriam quæ ponitur tertium uitium capitale est interrogandus pœnitens.

Si habuit aliquas cogitationes fœdas & turpes circa uitiū carnale in quibus morā contraxit & delectationē habuit.

Si opere ppetrauit aliquā de speciebꝝ luxuriæ superius enumeratis in. 6. pcepto. puta fornicationē/adulteriū/incestū/raptū sacrilegiū/ uitiū nominatū: aut quouis alio modo de ibidē ptractatis. Si usus est uerbis libidinosis aut in honestis aut gestibꝝ uel ad prouocadū alios uel unde p̄babilꝝ habet̄ puocari ad luxuriā: uide in turpiloquio & scurrilitas

¶ Circa gulam quæ est quartum uitium capitale uenit pœnitens interrogandus.

Si nimium & usq; ad nauseam comedit: aut nimio cū ardore & effrenato appetitu: uide gula.

Si nimiū studiū apposuit in præparado: aut nimis lautæ comedit: ibi. Si in comedendo præuenit horā præcipue diebus ieuniorum: uide ibi. & ieinium.

Si inebriauit se: aut inde ebetudinem mentis incurrit: uide ebrietas. & ebetudo.

Si ex nimio cibo potuq; deuenit in multiloquiū aut turpiloquium aut scurrilitatem: uide multiloquium &c.

Si ex nimio potu & cibo incurrit immundiciam aut pollutionem: uide Immundicia.

Si nimium exquisite comedit & bibit: ut posset luxuriam. uide gula. & luxuria.

Si in diebus ieuniorum fregit ieinium: uel prohibita comedit: uel ingurgitauit se: ieinium. Gula.

¶ Circa inuidiam quæ ponitur quintū uitium capitale est interrogandus pœnitens.

Si desiderauit malum proximi & quanto in hoc tempore perseuerauit: & quoties: uide Inuidia,

De arte & modo

Si laetatus est in aduersis proximi; aut tristatus in prosperis deliberate: uide ibi.

Si usus est susurratione ad superseminadum zizanias inter proximos: uide susurro.

Si odium habet proximi & ob id uel detraxit aut libenter de eo detractiones audit: uide detractio.

Si falso accusauit proximū imponens ei malum quod nō fecit ex rancore: uide accusatio.

Si simulauit amiciciam cum alio; ut inde acrius damnificaret: uide simulatio.

Si inimicos persecutus est aut denegauit eis dilectionis signa in casu necessitatis uel alias: uide dilectio.

¶ Circa iram quæ dicitur sextum capitale uitium: est interrogandus poenitens.

Si appetiit uindictam proximi. Neq; uoluit ei recōciliari: uide Ira. & eligere.

Si irrogauit proximo iniuriā / contumeliam aut conuictū seu opprobrium: ibi & contumelia. Conuictum.

Si rixam habuit cum proximo suo: uide rixa. Vel maledixit ei: uide. Maledictio.

Si seditionem cōmotuit in proximū: uide seditio. Si bellū mouit iniustum: uide. Bellum.

Si tenuit partialitates uel eas secutus est.

Si furiose & inordinate aut confuse clamauit in proximū: uide clamor.

Si murmurauit in deū aut in proximū: uide murmuratio.

Si indignatus fuit in proximū nolens eum audire & cum aliorum scandalo: uide. Indignatio.

Si ira cōmotus blasphemauit deū aut sc̄tōs: uide blasphemia.

Si ex tumore iræ inflatus cōtempsit alios: uide. Tumor.

¶ Circa accidiam quæ ponitur septimū uitium capitale interrogandus est poenitens.

Si ex accidīa dimisit agere quæ tenebat: ut audire missam:

prædicationē/orare &c. uide Accidia. Si pœnituit se bene fecisse; & ex tedio incurrit infirmitatem: uide ibi.

Si fugit labores quo scunq; : ociositatem amans: uide ibi & Oriositas. Si tepide egit quæ agenda ab eo erant feruē ter: uide euagatio mentis.

Si ex accidia incurrit pigričia aut torporē: uide Torpor.

Si fuit negligens in addiscendo necessaria ad salutem: uide Negligentia.



T aduertendū q; non sufficit discreto cōfessori quærere a pœnitente de his septem uitiis capitalibus: uerum de circūstantiis eorum: ut ex ca. omnis utriusq; sexus de pœni. & re. satis ap-
paret: ubi Innocētius tertius dicit q; sacerdos debet diligē-
ter inquirere peccata & circūstantias eorum quibus prudē-
ter inquisitis intelligat: quale ei debeat præbere consiliū &
adhibere remediū. Confirmatur etiam ex dictis Augusti-
ni in libro de pœnitentia. Et trahitur de pœni. dist. 5. Con-
sideret qualitatem criminis/in loco/in tempore/in perseue-
rātia/in uarietate personæ &c. ¶ Et si quæraf quæ & quot
sint huiusmodi circūstantiæ responderi habet ex his quæ
philosophus dicit. 3. ethicorū. Et theologi lib. 4. dist. 16. q; Lēctiū.
sunt istæ septē sequētes. s. quis/ quid/ ubi/ quibus auxiliis/
uel per quos/ Cur/ qūo/qn. Et raymūdus addidit aliam. s.
quoties. ¶ Dicit sexto quis: pro uarietate personæ peccatis
uel eius status/ ætatis/ sapiētiæ & ordinis/ utpote clericus/
religiosus/ senex/ iuuenis/ doctor/ rusticus/ rex/ miles/ merca-
tor/ uel alias: quia dignitas personæ peccatis ut sic nunq; di-
minuit de peccato sed auget & aggrauat saltē in peccatis ex
deliberatione procedētibus: ut docet sc̄tūs Thomas prima
2. q. 73. ar. 10. ¶ Quid. s. utrū malū q; prohibitū: uel q; ex ge-
nere suo malū: utrū mortale an ueniale: an occultū uel publi-
cū. ¶ Vbi: q; an in loco sacro uel alias. ¶ Quibus auxiliis uel
per quos, s. traxit alios ad peccandum: uel quos posuit me-

Docume-
tum circa
circūstan-
tias pecca-
torum.

De arte & modo

diatores ad malum perpetrandū: uel cum quibus pro quibus & contra quos . ¶ Cur. s. an ex infirmitate uel ex ignorantia: uel quali intētione fecerit: & quia moralia trahūt spe ciem ex fine iuxta illud Ambrosii. Affectus tuus operi tuo nomen imponit ideo diligenter est hoc explicādū: nam qui furatur: ut mōchetur: potius est mechus q̄ fur: licet fuerit unum peccatum in uno actu habens tamē plures defor mitates. ¶ Quando. s. si in sacro tempore ut diebus festiuis aut iejuniorum uel alio tempore & quantū in tali perseuerauit. ¶ Quomodo. s. an naturali uel innaturali. ¶ Quoties successiue: nō solū quantū ad consuetudinē: se etiā quantū ad numerū: qui numerus referit ad actionē: nō aut ad obiectū actionis. uerbi gra. si homo iniusta cōtractatione accipiat saccū plenū mille florenis: unū furtum est: si tñ mille florenos indebite acciperet in diuersis puta mille temporibus & actibus interpolatis aut successiue nō unū: sed mille furtū cōmittit q̄ in ipso actu consistit peccatū: ut trahitur a theologis li. 2. dist. 42. ¶ Has tñ omnes circūstantias nō est necessariū cōfiteri: sed tantum illas quæ mutant speciē peccati mortalis: ut furari de loco sacro uel accedere ad alienam quæ est cōsanguinea/affinis uel monialis: uel forsitan illa quæ & si non mutant speciē peccati: tū aggrauant multum notabiliter ut furari centū notabiliter grauius est quā furari unū: ut trahitur in dist. 16. li. 4. de quo latius ibidem per theologos. ¶ Est tñ aduertendū q̄ cū dicitur nō esse necessariū cōfiteri circūstantias quæ nō trahūt in aliud genus peccati: nō est referendū ad quoties uel ad numerū: quē aliquis cōfiteri tenetur si potest: q̄ iam nō est unū peccatū sed multa: prout sanctus Thomas notabiliter dicit in quadam ep̄la ad lectorē bisuntinū in fi. Et ideo prouidus confessor diligenter quærat de numero peccati .i. quoties incidit in istud uel istud peccatum: in quo cōmuniter & confessores & p̄nitenentes leuiter transeunt & si male.



Ertio loco uenit pœnitēs interrogādus/ut præmissimis circa opera misericordiæ: que saltem pro loco & tēpore quisq; fidelis tenetur adimplere: quarū septem dicūtur spiritualia: & sunt hæc/consule/castiga/solare/dimitte/ser/ora doce / in quib; sic esset sigillatim interrogandus.

*Lirca ope
ra mie in=
terrogatio
nes.*

Si noluit dare consiliū petenti in concernentibus salutem: uel in re unde notabiliter potest euenire damnū proximo: cum tñ posset: q; tunc mortale est: uel si habeat ex officio.

Si nō correxit quos debuit cum tenebatur:quia tunc peior factus est in tacendo q; alius in cōmittēdo:uide Correptio

Si nō fuit cōsolatus tribulatos: præsertim qñ ex tali omis sione incidit tribulatus in desperationē: & ipse bono modo posset. Si nō dimisit rácorē cōtra proximū:uide odiū. Si impatientē se habuit in iniuriis sibi illatis: puta iniuriās ipm uel repédēs ei uicē reddēs malū pro malo : qd'est uia a malo. Si nō orauit pro proximis:præcipue si ad id tenebat ex officio:ut pote q; beneficiatus aut de eleemosinis uiuēs. Si non docuit ignorantēs:præcipue si ex officio gradu uel salario conductus tenebatur:ut pote/doctor/ magister ca thedraticus /uel alias/curatus.

Circa alia septē opera misericordiæ corporalía quæ sunt ista/uisito/cibo/poto/redimo/tego/colligo/condo;sic etiā pedetentim esset pœnitens interrogandus.

Si non uisitauit infirmos & incarceratedos maxime in periculo constitutos.

Si non cibauit esurientes: præsertim in casu in quo si non pauisti/occidisti:ut Ambrosius dicit.

Si non potauit sitientes potissimū in casu consimili.

Si non dedit operā ut redimeret captiuos & iniuste opres fos:cum posset & teneretur.

Si non sepeliuit mortuos præcipue pauperes & domesticos:& quos tenebatur ex officio.

De arte & modo

Si non collegit hospites pauperes in domo saltem in casu necessitatis. Si non tegit aut cooperuit pauperes nudos: cum cōmode posset & immineret neccessitas.

Sensus
quinqꝫ ex-
teriores.



Varto loco uenit pœnitens interrogandus circa abusum quinqꝫ sensuū exteriorū: qui sunt hi: uisus/ auditus/ odoratus/ gustus & tactus/ quibus s̄æpe offendit deū. Et ob id cōquireba tur propheta Hiere. 9. Heu per fenestras ingressa est mors Si noluit uidere spiritualia & ad compunctionem inuitantia: sed tantum mulieres cōpertas & alia uana ad peccatum inducentia. Hinc propheta. Auerte oculos tuos ne uideat uanitatē: hinc etiā Job. 31. Pepegi fœdus cum oculis meis: ut nec cogitarem de uirgine. Hinc Augustinus in regula. Ne dicatis uos habere animos pudicos: si habetis oculos impudicos: q̄ impudicus ocl's impudici animi nūcius est. Si noluit audire predicationē & alia necessaria ad salutem: sed potius detractiones & murmuratiōes: & alia fœda & turpia. Hinc sapiens ecelesiastici. 28. Sæpi aures tuas sp̄nis & linguam neq̄ noli audire.

Si inordinate & modis exquisitis procurauit odorare sua uia quæ ad uitia alliciunt.

Si in comedendo & bibendo procurauit gustus deletationem ut in luxuria incitaretur uel accuratius & ardentius q̄ oportet illa sumendo: uel turpia & mendacium atq̄ detractiones & alia uana & nocua loquendo.

Si tetigit nō tengēda puta pudēda loca extra casum necessitatis: uel res sacras cū esset laicus: uel semper uoluit uestiri mollibus & dormire in straminibus supra modū delectabilibus: uel osculando mulieres alienas uel alias.

Interro-
gationes
fiēde circa
diuersos
status pe-
nitentiū.



Einde quinto & ultimo loco interrogandus esset pœnitens de aliquibus particularibus pertinentibus ad officium & statū suum: propter quod subiūgere uolui hic de aliquibus interro-

gationibus cōcernentibus uarios & diuersos status. Et pri-
mo de statu doctorum & magistrorum.

Si quæsiuit magisterium uel graddum principaliter pro-
pter honorem. uide honor.

Si fecit se promoueri ignorans quæ ad gradum exiguntur
uide magister.

Silegit sciētias prohibitas uel psonis prohibitis: uide ibi.

Si salariatus existē extor sit aliquid a scholaribus: uel pro-
licentia docendi danda: ibi.

Si obseruauit statuta & iuramenta uniuersitatis: uide iura
mentum. Si iactauit se de doctrina & docendo: alios cō-
uitiando: aut uituperando: uide magister.

Si notabiliter fuit negligens circa profectum scholarium:
uide negligentia.

Si modis illicitis subtraxit scholares alterius doctoris.

Si aliquando docuit inutilia uana & falsa: & potius subti-
lia/quam utilia.

Si ad examen alicuius uocatus habilem propter odium ex-
clusit: & ignorantem propter fauorē uel alias admisit.

¶ Circa statum scholarium. Primo si non student nec au-
diunt lectiones prout debent.

Si student prohibita aut curiosa & dimittūt necessaria aut
student propter malum finem.

Si non seruarunt statuta & iuramenta uniuersitatis.

Si expensas quas habent a parentibus expēdunt in conui-
uiis ludis & aliis superfluitatibus.

Si in prouisione alicuius cathedræ cōtulerūt suffragia nō
ēm utilitatē sed alias muneribus allecti aut affectionibus.

¶ Circa statum medicorum. Si ignorās quæ ad officū per-
tinent: ipsum exercet: uide Medicus.

Si in medendo potius uoluit a se aliquid experiri quam re-
gulas artis sequi: uide ibi.

Si plōgauit infirmitates ut maiorē inde extorqret pecuniā

De arte & modo

Si dedit medicinā uel nociuam uel saltem dubiam ad sanitatem conferendam.

Si non admonuit infirmū a principio: ut confiteretur: uel alias indebite ipsum uisitauit.

Si consuluit aliquid contra salutem animæ pro corporis salute recuperanda.

Si prægnanti propinnauit aliquid: ut fœtus moreref. Vel si pauperibus noluit mederi gratis.

Si habet partem cum aromatario & cogit infirmos emere ab illo cum eorum damno.

Si consulunt infirmis sine causa ad ieunia ecclesiæ dimittenda & carnes comedendas.

Si salario aut mercedem excessiuam petunt.

Si præcognoscens infirmi mortem non annunciat ei uel parentibus ut sibi prouideat de necessariis.

¶ Circa aromatarios. Si uendidit uenena uel quæ faciunt aborsum: uide Ars.

Si sophisticauit aromata ponens unum pro alio in syrups speciebus aut medicinis.

Si in medicinis conficiendis non posuit quæ medicus ordinavit: sed unum pro alio uel posuit corrupta & uerusta uirtutem nō habentia: ex quibus sequitur infirmitatis prolongatio: uel aliud malum infirmi.

¶ Circa mercatores. Si uendidit corrupta aut unū pro alio aut propter malum finem: aut in loco sacro uel diebus festi uis: uel iufidelibus portauit arma & uictualia.

Ei usus est falsis mensuris ponderibus; uel cum mendaciis periuris & aliis illicitis.

Si uendidit rem plus iusto precio propter dilationem uel fecit alios contractus usurarios.

Si composuit cum aliis officii sui: ut omnes uēdat uno precio in damnum reipublice: uide negotiatio.

Si expedit scienter falsas monetas: uel bonas radit: uide fal-

sarius. Si emit res raptas uel furatas : uel infideliter se habuit in societate quā habet cum aliis.

Si uendens pro aliis uendidit pro.xii. & solū dedit dño.x.

¶ Circa lanifices. Si uendidit pannū unius lanæ aut tinturæ pro alio: uide Emptio.

Si nimis traxit pannū: uel si non soluit laboratoribus: uel in præcium dedit pannū corruptum.

¶ Circa proxenetas. Si male consuluit scienter in aliquo cōtractu. Emptio. Restitutio.

Si fuit mediator contractum usurariorum.

Si decepit in precio: dicens uni q̄ uult tantū: & alteri q̄ nō potest habere nisi tantum.

¶ Circa tabernarios. Si uēdidit unum limphatum pro puto: uide Emptio.

Si tenuit instrumenta ad ludendū: uel meretrices: uel ministrauit scienter ad ebrietatem.

¶ Circa sutores. Si fecit uestes impudicas quæ nequeunt absq̄ peccato deferri.

Si male incidit pannū ex culpa sua: uel si furatur de panno

¶ Circa pistores. Si fecit panē nimis ponderosum uel miscuit aliam farinam. Emptio.

¶ Circa macellatores. Si uendidit carnem corruptam pro sana: uel de pecude pro castrato.

¶ Circa aurifices. Si uendidit aurū alchimicū pro uero: uel si cudit monetā sine licentia: uel si radit uel facit aquā unde aliquid minueret: uel si emit pecuniā uel lapidē preciosum minus iusto ab ignorantē.

¶ Circa datarios. Si exegit datiam uel pedagia iniusta & ab ecclesiasticis uel fraudauit.

¶ Circa agricolas. Si non laborauit fideliter: uel si permisit animalia nocere in agris.

Si defraudauit dominū in parte danda uel non coluit possessiones ut debuit.

De arte & modo

- ¶ Circa uenatores. Si exercuit in die festo: uel quia clericus: uel quia dedit damnum agris.
- ¶ Circa iudices. Si dedit iniusta sententiā scienter uel ignoreranter: uel non elegit talem assessorem.
- Si elegit assessorem in fraudem quia erat ordinarius: uel quia non indigebat.
- Si iniuste iudicauit munere fauore uel odio: uel præter ordinem iuris.
- Si dedit indebitas dilationes: uel posuit ad torturam sine legitimis iudiciis.
- Si allegationes friuolas admisit: uel reo fecit indebitas interrogations.
- Si appellationē legitimā nō admisit & admisit friuolam.
- Si partem non condemnauit in expensis/cum deberet; uel relaxauit pœnam.
- Si protraxit sententiā in longum ut extorqueret pecunias uel in damnum colitigantium.
- Si non purgauit prouinciam malis hominibus: uel si pauperibus & uiduis non prouidit de aduocato.
- ¶ Circa officiales dominorū. Si cōminatus est alicui nisi ei daret: uel si exegit iniusta grauamina.
- Si executus est iniustam sententiā: uel non accusauit quos tenebatur ex officio.
- Si habens soluere de pecunia domini extorsit ab his quibz tenebatur soluere. salariatus existens ipse.
- Si propter pecuniam dimisit malefactores: uel si nō seruavit statuta ab eo iurata.
- ¶ Circa cōsiliarios dominorū uel rei publicæ. Si dedit fraudulentum consilium: uel ei consensit.
- Si in consilio apposuit aliqua in damnū aliorum: uel permisit res cōmunitatis dilapidari.
- Si consensit in aliqua statuta iniusta aut cōtra libertatem ecclesiæ,

¶ Circa arbitros uel arbitratores. Si dedit unquam sententiam scienter uel ignoranter.

Si permisit expirare compromissum: uel si pro spirituali dedit temporale.

Si pro pace abstulit ab uno & immoderate dedit alteri.

¶ Circa accusatores. Si accusauit aliquem caluniose: uel mala intentione.

Si accepit praecium ut non accusaret: uel iurauit non accusare.

Si accusatus respondit caluniose: uel tacuit ueritatem.

¶ Circa aduocatos. Si defendit iniustam causam: uel amisit iustum ex ignorantia.

Si immoderatum salarym extorsit: uel reuelauit aduersario secreta clientuli.

Si frustratorias dilationes quæsiuit: uel falsas leges aut instrumenta produxit.

Si clientulum instruxit de falsitate dicenda: uel pro pauperibus non aduocauit.

Si qualitercumque fuit causa alicuius danni in tali aduocatiōe.

¶ Circa procuratores. Si defendit causam iniustam: uel si insideler aut negligenter se habuit.

Si in positionibus ponendis uel respōdendis periurauit: uel fuit causa periurii.

¶ Circa notarios. Si male ditauit instrumenta uel testamēta ex ignorantia: unde sequi proximi damnū: uel si instrumenta occultauit maliciose/aut destruxit: aut falsificauit.

Si instrumenta quæ recepit non posuit in prothocollis suis ex negligentia.

Si fecit instrumenta in fraudem usurarum: uel si petiit indebitum salarym.

Si recepit instrumenta illius qui non erat sanx mentis.

Si scripsit instrumenta contra ecclesiasticam libertatem.

Si notarius episcopi petiit ab ordinandis salarym non secundum instrumentum sed secundum qualitatem ordinis.

De arte & modo

- ¶ Circa litigantes. Si mala intentione uel caluniose litiget: aut se defendit uel iniuste appellauit.
- Si non respondit ueritatem / quando tenebatur interrogatus: uel litigauit sciens iniustam causam habere.
- Si habens iusta causam litigandi: non tamen per iusta me dia sed cum mendaciis periuriis & huiusmodi.
- Si fraudulenter conuenit aduersarium coram aliquo iudice non suo.
- ¶ Circa testes. Si in iudicio interrogatus noluit dicere ueritatem: uel dixit falsum: uel dubium pro certo: uel pro testimonio accepit pecuniam.
- ¶ Circa tutores uel curatores. Si non administravit bene bona pupillorum: uel si consummauit bona ipsorum: uel sibi appropriauit: uel pro ipsis usurpas exigendo.
- ¶ Circa legatos dñorū aut rei publicæ. Si steterūt absentes sine causa: uel p factis suis in expēsīs dñorū seu reipublica.
- ¶ Circa principes & dominos sacerulares. Si habet dominium alicuius ex iniusto titulo.
- Si imposuit collectas indebitas / aut pedagia iniusta: uel neglexit facere iusticiam.
- Si posuit officiales malos: & scit extorsiones eorum & oppressiones / & negligit.
- Si ea quæ sunt cōmunitatis / appropriat sibi : uel non promisit testari aliquos.
- Si fecit statuta & leges iniquas ; uel si uendidit iusticiam: uel officia malis.
- Si uassalos indebite spoliauit / aut grauauit : uel si non correxit familiam suam.
- Si non tenuit vias securas: uel si fecit frangi aut incendi eccl̄ias.
- Si usurpauit iurisdictionem ecclesiasticam : uel impediuit ne literæ apostolicæ obedirentur.
- Si dedit damna in agris propter uenationes: uel tenuit ani-

malia siluestria agros subditorum deuastantia. Vel tenuit
nimias pompas.

Si non soluit famulis suis: & etiam creditoribus: uel non
seruauit fidem promissam.

Si permisit deferri prohibita infidelibus: uel fuit receptor
haereticorum.

¶ Circa clericos. Si est irregularis: uel suspensus: uel recepit
ordines in peccato uel symoniace.

Si dixit horas canonicas: uel non defert tonsuram aut ha-
bitum: aut immiscuit se negotiis.

Si exercuit in honesta clericatu: si nimis raro celebrauit: uel
non cum requisitis.

Si promisit alicui dicere missas: & recepta eleemosina eas
non dixit uel non tot.

Si non benedixit mensam: nec post cibū gratias reddidit.

¶ Circa beneficiatos. Si obtinuit beneficium symoniace:
uel alias indebite: uel non intendens clericari: uel non resi-
det nec prouidet de uicario sufficienti.

Si habet plura beneficia & quomodo fuerit dispensatus:
& quomodo expendit fructus beneficiorum.

Si alienauit uel alienari permisit bona ecclesiastica: si habet
possessiones destructas.

¶ Circa prælatos. Si posuit indignos in officio aut benefi-
cio: uel non correxit subditos.

Si contulit ordines indebite: uel imposuit indebitas colle-
ctas. Si non uisitauit singulis annis diocesem: uel si non
habuit testes synodales.

Si non fecit consecrationes ecclesiarum/altarium & supel-
lectilium: neq; oleum & chrisma in coena.

Si non tenuit confirmationis sacramentum: neq; subditis
prædicauit.

Si testamenta & legata non fecit impleri: uel si incerta sibi
appropriauit.

Si non tenuit bonum & diligentem uicarium: uel indebitate dispensauit in uotis &c.

Si quæstuarios pro lucro permisit indiscreta prædicare: & subditos spoliari.

Si non tenuit in ecclësia cathedrali magistrum pro pauperibus clericis.

Si monasterio & hositalario bene gubernari neglexit.

¶ Circa confessores. Si absq; scientia & auctoritate expoununt se confessionibus audiendis.

Si absoluit in casibus in quibus non potuit: uel manifestos usurarios.

Si nimis festinauter uel curiose interrogauit: uel non interrogando ut debuit.

Si reuelauit confessionem. Vel in mortali existens alios audiuit.

Si ad confessionem uocatus cum teneretur renuit uel distulit: uel propter lucrum audiuit.

¶ Circa prædicatores. Si prædicauit in mortali notorio existens: uel debita scientia carens.

Si prædicauit falsa aut mendacia: uel curiosa & uana: & tam propter lucrum uel honorem.

¶ Circa inquisidores hæreticorum. Si extor sit pecunias: uel bona ecclësiarum applicauit fisco: uel si maliciose imposuit crimē: uel si omisit procedere ut debuit ex amore aut timore aut lucro: uel impediuit se de alienis.

¶ Circa religiosos. Si intravit per symoniam: uel in laxior rem habens uotum de strictiore.

Si fuit proprietarius: uel non castus: uel non obediens superiori.

Si non obseruauit regulam & statuta ordinis: uel reuelauit secreta ordinis.

Si in electionibus inordinate se habuit: uel si recessit a monasterio sine licentia,

Si nimis frequentauit monasteria monialium; uel cum de uotis mulieribus excessiue conuersationem contraxit.

¶ Circa abbates. Si habuit curam sibi commissorum: eos uita & doctrina instruendo. Vel si dispensauit cum eis si ne causa legitima. Vel si nimis rigorose uel nimis laxe eos regit.

Si bona mensæ conseruauit: & ea alienari non permisit.

Si infirmorum curam gessit; & si in feriis sextis tenere capitulum fecit.

Si silétium & clausuram obseruari fecit; & habitum extra cellam portari mandauit.

¶ Circa hospitalarios.

Si fecit inventarium rerum hospitalis: & uetus renouat de tempore in tempus. Vel si bona hospitalis conuertit ad aliud usum. Vel si perierunt ex sua negligentia. Vel si hospitalarius est pius: & affabilis ad infirmos & peregrinos suscipiendo & tractando.

¶ Circa coniugatos. Si contraxit clandestine: uel in gradu prohibito.

Si consumauit matrimonium ante benedictionem nuptiarum.

Si negauit debitum uxori petenti irrationabiliter: uel spō te reddidit se impotentem.

Si reddidit adultere: uel econtra.

Si cognovit causa satiandi libidinis: uel tempore mēstrui uel tempore imprægnationis uel in diebus festiuis; uel trāctauit uxorem non ut sociam: sed ut ancillam.

Si contra uoluntatem uxorū stetit nimis in remotis causa cupiditatis uel alias:

Si non seruauit fidem uxori: uel habet concubinam.

¶ Circa uxores. Si fuit inobediens uirō: uel dedit bona uiri contra eius uoluntatem.

Si non seruauit ei fidem: uel si non habuit bonam curam

De arte & modo

de filiis filiabusque.

Si fuit nimis litigiosa: uel uia est ornatu indebito.

Si procurauit sterilitatem: uel uia est uanis & supersticio-
sis: ut haberet filios.

Si procurauit aborsum: uel suffocauit paruulum apud se
in lecto dormientem.

¶ Circa dominos erga seruos. Si in eis loquendo fuit rixi-
dus: & non placidus.

Si madando & præcipiendo fuit in indiscretus: uel si in re-
munerando fuit nimis parcus: uel si in non morigerado re-
missus: uel si in corrigendo & castigando seuerus: uel negli-
gens: uel seruorum iustas querellas non audiendo: uel im-
moderatis laboribus onerando / uel necessaria ad salutem
spiritualem & corporalem eorum non procurando. Idem
sentiendum est de dominibus erga ancillas.

¶ Circa seruos erga dominos. Si fuit proterius & inobe-
diens domino.

Si sicut & non fideliter seruiuit: uel si suratus est bona do-
mini / uel si non bene attendit ad præcepta domini / uel si
ea sine dilatione executioni non demadavit: uel si aliquod
in necem domini machinatus fuerit: uel si absque eius licen-
tia matrimonium contraxit / uel in aliquo alio ipsum de-
fraudavit.

¶ Circa moniales. Si fuit inobediens abbatissæ: uel detra-
xit uel conspirauit in eam.

Si suscitauit rixam uel scadatum in monasterio: uel sit dis-
cola/aut proprietaria

Si fideliter exercuit officiū sibi cōmissum: uel si tenuit ha-
bitum conuentus extra cellam.

Si cōuersationem habeat cum personis suspectis: uel si de-
dit aut recepit litteras sine licētiā abbatissæ: uel si misit aut
recepit munera ab aliis quā a parentibus. Si regulam & sta-
tuta ordinis obseruatuit,



Erquirendus ultra esset & examinandus pœnitens circa uirtutes theologicas: quæ iuxta apostolum prima ad Corinth. 13. sunt tres scilicet fides / spes / & charitas / qualiter ad eas se habuerit

Interrogationes
circa vir-
tutes theo-
logicas.

Et primo de fide quæ iuxta eundem apostolum ad hebræ.

II. Est uasis & substantia aut cæmentum totius edificii spiritualis; & sine qua impossibile est placere deo. Si firmiter credidit omnes & singulos fidei articulos / tam septem dei tatis quam septem humanitatis: & illos saltē explicite: quos colit & celebrat sacro sancta mater ecclesia: quia in his nulla ignorātia uidetur esse excusabilis: cuius est articulus unitatis essentiae diuinæ / & trinitatis personarum. Item articulus spiritus sancti: & articulus conceptionis seu incarnationis. Articulus natuitatis. Articulus mortis & passiois. Articulus resurrectionis: & articulus ascensionis: quia de his omnibus celebrat ecclesia festa sua specialia per circulum anni. Si ultra haec etiam credidit saltem implicite firmiter uniuersa: quæ sacro sancta romana ecclesia docet & prædicat: esse tenenda & credenda usq; ad sanguinem: uel potius in aliquo de his discrediderit / errauerit / aut titubauerit / seu male senserit.

¶ Circa spem. An habuerit spem fixam & fiduciam certam consequendi gloriam: & beatitudinem ex gratia dei / & ex meritis præabulis: uel si male deceptus desidit de illius affectione / in desperationem & in laqueum diaboli incidens: uel præsumpsit eam habere ex se & sine meritis.

¶ Circa charitatem. Si dilexit deum præ omnibus & super omnia: & proximum in deo & propter deum sicut & seipsum uel si dilectionem sui aut alterius cuiuscunq; creaturæ ante posuit amori & dilectioni dei: quia in hoc tota peruersitas humana consistit: ut Augustinus dicit in lib. 83. q. Vel etiam si dilectionem corporis sui & facultatum terrenarum præ posuit saluti spirituali proximi sui: uel si generaliter dilexit

De arte & modo

quod non erat diligendum: aut non dilexit / quod erat diligendum: aut eque dilexit / quod minus uel amplius erat diligēdum: aut minus uel amplius dilexit: quod erat equa-
liter diligendum: quia cum in his omnibus consistat pecca-
tum: ut Augustinus in de doctrina christiana tradit. Nā
& peccat qui p̄æpostere agit: de his omnibus uerus poen-
tens se accusare debet & dicere confessori suam culpam.

Interro-
gationes
circa vir-
tutes car-
dinales.



Xaminandus deniq̄ esset poenitens circa vir-
tutes cardinales: quæ ut habetur Sapientiæ. 8.
sunt quattuor / prudentia scilicet iusticia / for-
titudo / & temperantia: quæ consistunt: pru-
dentia in p̄æcauendis insidiis: iusticia in subueniendis
miseris: fortitudo in perferendis molestiis: temperantia
in cohercendis delectationibus prauis. Si ergo in his om-
nibus recte se habuerit: uel ne: interrogandus esset a proli-
do confessore.

¶ Et generaliter quæratur. Si in omni actu morali / pruden-
tia mediante medium p̄æfigerit: seipsum dirigens quali-
ter / & per quæ media in operando / regulam & dictam éra-
tionis attigerit: uel ab eo deuiauit: & quoties.

¶ Item si in rebus exterioribus quæ sunt ad alterum / iusti-
cia mediáte / rectitudinē seruauerit / unicuiq̄ tribuēs quod
sibi debitum est: & superiori / & equali / & inferiori: uel si in
aliquo istorum excesserit: aut defecerit: & quoties.

¶ Item si circa passiones a terribilibus consurgentibus: utpu-
ta circa timores & audacias / fortitudine mediante / eas scili-
cket moderando / rectitudinem seruauerit: uel in eis aggri-
diendis / sustinendis / aliquando eneruatum animum ha-
buerit: & quoties.

¶ Item si circa passiones delectabilium: gustus scilicet & ta-
ctus: utpote cibi / potus & uenereorum / reprimendas & re-
frenandas / temperancia subueniente / mediocritatem te-
nuerit: uel in his nonnunquam subcubuerit: & quoties.

 Tlicet regulariter & simpliciter loquendo/ ho-
 mo non teneatur ad confessionem uenialiū: ut
 sic: neq; etiā ad confessionē oblitorū/ debita di-
 ligentia adhibita ; nisi forte cum postmodū in
 memoriā uenerint: ut theologis placet li.4. dist.17. multū
 tamen expedīret: ut post supradictas omnes interrogatio-
 nes factas : pœnitens ipse seipsum accuset/ subdēs clausulā
 istam generalem/ ita inquiens. Dico meā culpam de omni-
 bus peccatis meis mortalib⁹: quæ ignorō aut oblitus sum:
 neq; unquā legitime confessus forte ex mea ignorātia / uel
 negligentia. Peccauī deniq; multis aliis modis/cogitatio-
 ne/delectatione/omissione/comissione/dissolutione/lo-
 cutione/uisu/auditu/gustu/odoratu/tactu / & multis aliis
 modis; de quibus omnibus tam mortalibus quā ueniali-
 bus dico meam culpam. Valet enim talis confessio (ut di-
 cunt) uel ad hoc: ut talia remittantur: uel ut ad memoriam
 & cognitionem reducantur: ut non teneatur iterare confes-
 sionem: quāuis multa fuerit tunc oblitus confiteri: dūmo-
 do debitam diligentiam fī suam condicione & possibili-
 tatem fecerit.

Doctrina
circa
clausulam
generales
confessionis

 Ed quia actus interiores/ cum non exeunt ad
 opus exterius : non ita sentiuntur neq; de eis
 communiter pœnitentes ueraciter se accusant in
 confessione. Ideo oportet prudentē confessio-
 rem instruere pœnitentes de his . Nam omnes cogitatio-
 nes uitiose procuratæ & cum delectatione receptæ sunt ex-
 plicandæ in confessione iuxta possibilitatem quantum ad
 quantitatem/uices/& moram . In peccato enim cogitatio-
 nis diligēter est mora examināda: in qua si ratio subcūbat
 sensualitati consentiendo in opus : uoluntate deliberata si
 posset: tunc uolūtas pro facto reputatur. Si tñ subcūbat ra-
 tio sensualitati/cōsentīdo in delectatiōe tñ ; ita tñ q; nō
 uult in opus procedere: sed tñ uult interius in delectatiōe

Doctrina
circa
actus in-
teriores.

De arte & modo

uoluptari; tunc licet non fuerit plenus cōsensus; bene tamē interpretatus & ita mortale; licet minus quā primū ubi est cōsensus in delectatione & in opus. Si tamen cogitationes ipse quātūcunq; malæ nō sunt studiose procuratæ; nec cum delectatione receptæ: neq; cum mora seruatæ: neq; sic cogitans/dedit occasionē ueniēdī propter cibi & potus in temperatia uel alias; sed subito uenerūt / & recesserūt cū dū plicantia; & statim ut sentiūtur/ expellūtur: aut expellerela borauit/occupādo se in lectione uel alias: tales nō sunt confitendæ: prout sanctus Thomas docet opusculo. 64.

Confessio
nis termina-
tio.



Ostquā igitur prudens cōfessor sic sagaciter discusserit / diligenterq; examinauerit pectus aut conscientiā ipsius pœnitentis. Et extorse rit ab eo oia & singula eius peccata/ & omissionis cum sus debitis circūstantiis speciebus; sic eā scopis mūdatā reliquerit; ut iam nihil amplius eius memoriae occurrat confitendum; tunc faciat pœnitentē terminare cōfessionem suam generalē a principio inchoatā sic dicendo. Ideo precor beatissimā & gloriosam dei genitricem Mariam & omnes sanctos & sanctas; & te patrē/orare pro me ad dominū deum nostrū: ut & ipse misereatur mei. Deinde confessio memoriter retinens (ut ex prædictis supponimus) omnia aut saltē grauiora peccata sibi detecta: cum a principio usq; adhuc semper infuderit uulnerib; peccatoris oleū pietatis & misericordiæ: affabiliter & dulciter ipsum pertransiens: tunc iam incipiet superinfundere in eadem uulnera uinū mordacitatis & reprehēsionis: ad instar periti medici ut dicit Luce. 10. & trāsumptio in .c. oīs utriusq; sexus. de pe. & re. In qua tñ reprehēsione cōfessor sic caute & prudēter se habeat: ut unūquēq; corrigat & reprehēdat, pportiōnabiliter & moderate/attēta qualitate & psonæ & uitiorū Dulcius nāq; ac suaui tractare habet litteratos/nobiles/ & probos uiros; qui secū innactā trahūt a natura uerecuudiā

& confusionem: quā rusticos & inueteratos ydiotas : qui nisi dure reprehendātur plerūq; animo agnoscunt grauitatem scelerum suorū. Idem sentiendum est de mulieribus quod in earū paternali reprehensione multū attendēda est etiam qualitas personæ & peccatorū . Reducat igitur prudens & diligens confessor sigillatim ad memoriā pœnitētis grauiora saltem & enormia peccata sibi in confessione detecta/exponēs ei uniuscuiusq; grauitatem / abominatio nem/ periculū / & deceptionem . Et sic pedetentim de uno quoq; fm gratiam sibi a domino cōcessam / pœnitentem ipsum corripiat & reprehendat plus aut minus / acrius uel leuius: prout uideat sic expedire attenta qualitate personæ & peccati : taliter q; correptio illa seu reprehēsio prudentis cōfessoris sic maneat memoriter impressa in ipso pœnitēte: ut sit ei frenū quodā deinceps præcauēdi & abstinentiā a peccatis: & ad corroborandā correptionē talis uel talis peccati eiusq; grauitatem & castigationē: possunt adaptari auctoritates / & exēpla ex sacra scriptura : uel alias quæ magis congruere uideātur. Stimulatos tamen ex dolore & desperatione/quantūcūq; peccata cōmissa sint grauia: confortare & animate expedit. Exempla inducēdo / Dauid / Magdalena / Pauli / Mathēi / latronis & huiusmodi. Induratos & se excusantes expedit agrauare mala & peccata eorū . Exponēdo eis periculū exēplo / Caym / Saulis / Iude & aliorū



Is autem sic expeditis confessor ultra procedere habet ad pœnitentiæ iniunctionem . Ad cuius acceptationem animandus & alliciendus est pœnitens a prudente confessore eo modo quo supra dictum est in expositione tertiaræ partis pœnitentiæ scilicet satisfactionis . Ad quod etiam confert quod confessor innotescat ipsi pœnitenti qualitatem pœnarum quæ in iure utpote in canonibus pœnitentialibus taxatæ sunt pro illis peccatis quæ sibi detecta

Documenta circa pœnitentiæ iniunctionem.

De arte & modo

& confessi sunt: ut inde agnoscere ualeat q̄ misericorditer
cum eo agitur. In imponendo tñ pœnitentias prouidus
atq̄ discretus confessor ad nōnullas cautelas attendere de-
bet. ▶ Quarū prima sit: ut talēm semper pœnitentiā iniun-
gat: quā uerisimiliter credat pœnitentē implere. Ne ipsam
uiolando/deterius ei contingat. Cōmonēdus etem est ipse
confessus: ne pœnitentiā hanc uel aliam quālibet acceptet:
si non eam proponat se firmiter pro uiribus impleturum.
Agnoscat tñ se in purgatorio q̄ in hoc mundo grauius oīa
soluturū: ut supra recensitū est. ▶ Alia cautela est q̄ licet an-
tiquitus seruaretur: ut pro quolibet mortali peccato septe-
nis pœnitētia iniūgeretur: ut habetur. 22.q.1. prædicandū
in glo. &. 33.q.1. hoc ipsum. §. sequenti. Hodie tñ omnes
pœnitentiæ sunt arbitrio confessoris taxandæ pensatis cir-
cūstantiis personarū & criminū: ut habetur in. c. deus qui,
de pœni. & re. 82. 26.q.7. tēpora. & sic habet generalis usus
ecclesiæ: licet si ad id pœnitentē reperiatur libēter paratum &
dispositum non esset superuacaneū q̄ in eis imponendis
aliquē respectū haberet confessor in sic arbitrandō cauteq̄
disponēdo & moderando ad pœnitētiales canones quos
ob id quilibet sacerdos scire tenetur: alias uix in eo nomen
sacerdotis cōstatibit: ut dicitur. 38. dist. quæ ipsiſ. ▶ Alia cau-
tela sit q̄ si pœnitēs id libenter acceptet: prouidus cōfessor
laborare debet: ut pœnitentiæ imponātur per contrarium
peccatis pro quibus iniungūtur: ut luxurioso continentalia/
auaro eleemosina/ superbo humilitas/ & sic de cōxteris. Nā
pœnæ medicinæ quædā sunt: & medicinarū ea natura est:
ut per contraria fiant: ut dicitur ethicorum. 2. Et consonat
Gregorius in omilia unius martiris dicēs q̄ sicut arte me-
dicinæ calida frigidis & frigida calidis curantur: sic dñs no-
ster contraria posuit medicamenta peccatis. ▶ Alia cautela
sit q̄ si pœnitens alias dicat se dolere & imposterū abstine-
re: non tamen ullam pœnitentiā acceptet: sed diuino iudi-

cio in purgatorio se puniendū expositione uelit; licet exte-
rius nō fuerit signū ueri pœnitentis; non tñ ob id dimittē-
dus est insolitus: innotescenda esset sibi pena quæ pro
peccatis imponenda esset: & q̄ eam in se uel in equiualeſti
absq; impositione studeat adimplere: alioquin soluet ad
plenū in purgatorio: ut Scotus docet in dist. 15. lib. 4. & si
confessor non potest gaudere de omnimoda purgatione
pœnitentis: saltē gaudeat q̄ liberatū a gehēna transmittit
ad purgatoriū: uel imponat ei unū Pater noster: uel aliud
leue: ut sc̄t̄s Thomas / & de palude & plures alii dicūt: uel
si est pauper & oportet eū continuo pro uictu laborare: im-
ponat ei (ut Scotus dicit) q̄ ipse labor cōtinuus sit/ ibi ieui-
nium & illū subeat in remissionē peccatorū: saltē quoq;̄
occurrat ei opportunitas soluendi aliā satisfactionem. Me-
lius nāq;̄ est reddere deo rationē de nimia misericordia q̄
de nimia severitate. Exemplo christi qui ut Raymundus
dicit non legimus q̄ imposuerit alicui grauē pœnitētiam:
sed uade & amplius noli peccare. Et ut dicit Cacellarius pa-
risiensis parte. 1. & 2. posset confessor aliquādo dare pœni-
tentia de non peccando tali uel tali criminē per certum tem-
pus futurū sub pena aliqua uel pecuniaria uel corporali effi-
caciter soluenda: aut sub debito redeūdi ad confessionē in-
fra biduū post perpetrationē delicti. ¶ Caueat tñ confessor
(ut glo. dicit. II. q. 3. Cum aliquis.) ne exigat iuramētū a
confitente de peccato illo de quo confessus est amplius nō
faciendo neq;̄ cōmittēdo: nisi in casib;̄ dūtaxata iure per-
missis seu expressis: ut ab h̄ereticis reuertētibus & ab incen-
dariis uel in horrendis criminibus: uel in adultero aut adul-
tera petēte absolui ab excommunicatiōne: ut Panormitanus
tradit in. c. Intelleximus. extra de adulteriis. Non tñ adhuc
in iudicio exteriori obſeruandū dicit hoc cum clericis publi-
cē cōcubinariis in. c. clericos. de cohabitiōne. & mu. ¶ Caueat
quoq;̄ confessor ne det alicui pœnitenti talē pœnitentiam

De arte & modo

per quā fiat alteri præiudicium: ut puta cōiugato q̄ abstineat
per aliquot dies: aut ecōtra uxori: uel seruo longā peregrina-
tionem: uel uxori etiā largas eleemosinas. ✓ Cauere etiā de-
bet ne pro peccato occulto imponat manifestā & publicā
pœnitentiā talem. s. unde posset aliqua peccati cōmissi oriri
suspicio. Cautū tamen esset confessorē exponere pœnitentiā
q̄ si aliqua die ex negligentia: uel ex obliuione omittat
pœnitentiā iniunctā puta ieiuniū aut orationē: q̄ alia die
supplere possit. ✓ Cōmonendus etiā esset confitens de ce-
lando pœnitentiā sibi a confessore iniunctā & alia que in
confessione acta dictaq̄ fuerint: ut de palude dicit in. 4. di-
stin. 21. in fi. Et Ioannes gerson & alii. Debet quo q̄ discre-
tus confessor in imponendo hmōi penitentias nedū respi-
cere ad debitū pœnitētis exsoluendū: uerum principaliter
ut sit remediū præseruatiū a recidivo: ut sanctus Thomas
& de palude Ricardus cōteriq̄ theologi cōsulunt in dist.
20. lib. 4. Infirmis tñ pœnitētibus & deceđtibus licet sue-
rit pœnitentia innotescenda: ut si contingat euadere: eā im-
plement: non tamen ut sic est eis pœnitentia imponenda: ut
trahitur dist. 20. lib. 4. & 26. q. 7. ✓ Esset etiā pœna satisfa-
ctoria alicui imponenda de eo ad quod alias non tenetur:
alias noui esset satisfactoriū: ut de palude docet in dist. 15.
lib. 4. licet episcopus Abulensis Mathæi. 6. Hoc intelligat
uerum cū distinctione de qua ibi pertractat etiā hoc adria-
nus papa in suo. 4. in materia de satisfactiōe. ✓ Et licet ali-
qualis uarietas uersari uideant: an hmōi pœnitentia fuerit
imponēda pœnitēti a cōfessore ante absolutionē uel post
Cōmunis tamē usus ecclesiæ habet q̄ anteponatur: ut etiā
uideri habet per Ioannē andrex super cle. dudū. de sepul. &
per episcopū Abulensem Mathæi. 16. Et etiā per caturien-
sem episcopū in suo cōfuctatorio. c. 119. ✓ Habet quoq̄ cō-
munis usus confessorū duplicem pœnitentiā iniūgere pœ-
nitēti: unā nimis breuē quā mox inter absoluendū cōplicere

narum accessibus copulatur: hæc ibi: & simile dixit in ep̄la
ad oceanū q; in numero est ep̄la. 178. Et ultra dicit ibi Hiero-
nymus. Quid tibi reuera cum fœminis q; ad altare cum
deo fabularis. Et idem in ep̄la ad nepotianum & trahitur
in cap̄. hospitiolum. 32. distin. hospitiolum tuum aut raro
aut nunq; mulierum pedes terant: periculose em̄ tibi minis-
trat: cuius uultum frequenter attendis. Et in ep̄la. 211. ca.
4. ad hoc propositū dicit. Matrē ita uide: ne per illam alias
uidere cogaris: quarum uultus cordi tuo adhæreant: & ta-
citum uiuat sub pectore uuln̄. Et iterū fœminæ quæ no-
men tuum nouerunt: uultum nesciant. Et in ep̄la. 184. cap.
20. idem Hieronymus dicit: uir cuiuscunq; conditionis
existat aut nunq; ante uos appareat: aut uisus uisum terreat
uestrum ueluti horridum monstrum: propterea uolo cha-
rissime: ut si cum uiro ex necessitate loqui oporteat: uelum
in fenestrula tractum alterutram faciem tegat: ne liceat ui-
deri: quod concupisti non licet. Et iterum subdit ibidē: nul-
lum uenenum nociuus fœminæ q; affectio erga uirū qua-
cunq; de causa procedat: proh dolor in fœlix conditio se-
xus uestrī: sanctior mulier ultra q; dici liceat si uiro adhæ-
reat quantūcunq; spiritali instinctu naturali inclinat tan-
dem ad nefas: si in uiro uirtus deficiat. Item eusebi⁹ ad da-
masum ep̄um ep̄la. 263. sic inter alia dicit uinum nocet: sed
uultus centuplo magis mulierum: mulier diaboli sagitta ē:
qua in luxuriam homo cito trahitur. Nullus in hoc confi-
dat uiuens: si sanctus es: neq; tamen securus es. Mulier uiri
pciosam animam caput homo & mulier ignis & palea: dia-
bolus nunq; in sufflare cessat ut accendatur: huiusplii nunq;
fiet uictor nisi fugiens. Nunq; uiro cum muliere sint longa:

De familiaritate mulierum

colloquia. □ Incendium prædicti ignis satis pertimuit ille sanctus Monachus qui matris suæ tibias nudas tangere noluit: cum eam ultra aquam portare debuit pro ut legitur in uitas Patrum. □ Huius quoq; ignis incendium satis timuit sacerdos ille qui in hora mortis mulieri; ausculanti an & ipse spiritum exalasset: quomodo potuit dixit. Tolle tolle paleam: q; igniculus adhuc uidit: ut trahit a grego. 4. dialogorum cap. 11. & habet in cap. ps byter. 32. dist.

□ Hunc etiam ignem satis prudenter a se fugare percuravit sanctus Thomas de aquino: q; cum in turri quadâ a fratribus carnalibus custodiret: & ad eum iuuacula sola fuisset intromissa ille ardente tictione de camino arrepto eam celeriter a se fugauit putlatius in uita eius habetur. □ Hunc deniq; ignem satis aduerterat metricus ille qui dixit. scemi na fax sathanæ: fetens rosa: dulce uenenum. semper prona rei quæ prohibetur ei: urit enim uultu, uisu, risu, cute cultu, huius ab insultu quantum potes esto procul tu. □ Quâ peri calosa quoq; sit hmōi familiaris conuersatio inter sacerdotes & matronas de qua ad psens fit sermo per pulchre ostendit & multum ad propositum idem Hieronymus in ep̄la ad matrem & filiā quæ in ordine est. 190. sic inquietis. Quis unq; iuxta uiperā securus dormit? quæ & si non peccat; certe sollicitat; securius est perire non posse: q; iuxta periculum non perisse. Inter lasciuas puellas & comatos iuuenes puerla gradieris? Dabit tibi barbaculus quilibet manum sustentabit lassam & pressis digitis aut tentabitur: aut tentabit. Quod benero go notent nostri sacerdotes uocati qui ex officio habent hmōi domicellas & matronas manu ad manus digitis p̄sis sustentando portare.

^{augustin⁹} □ Ad hoc idem periculum ostendendum accedat beati Augustini auctoritas & sententia: qui in lib. 1. soliloquiorum cap. 10. sic inquit. Nihil esse sentio quod magis ex arce contemplationis deiiciat animum uitilem q; blandimenta fœ-

minea corporumq; ille contactus. ✓ Idem etiā Augustinus
in lib. de honestate mulierum cap. 1. in fi. dicit. Vide te fra-
tres quomodo ab oibus christianis p̄cipue tñ a monachis
seu clericis indigna & inhonesta familiaritas fugienda sit:
q; sine ulla dubitatione qui familiaritatem mulierum non
vult fugere; cito dabif in ruinam. ✓ Idem Augustin⁹ in de
singularitate clericorum cap. 2. dicit. Incerta uictoria est in-
ter hostilia arma pugnare. Et impossibilis liberatio est flā
mis circundari nec ardere; sic qui introierit ad uxore proximi:
mi; non erit immunis: neq; omnis qui tāgit eam; ipsi ergo
nos fallimus estimātes inter masculos & fœminas paſsim
castitatem in mobilē custodiri: difficile quis uenenu babit
& bibet. ✓ Et ultra in cap. 3. ibidē dicit. Non aliter tempta-
tionibus subiacet qui iunctus est fœminæ. In qua nihil est
aliud nisi quod feriat proximan tem. Aculeus peccati facta
est forma fœminea. ✓ Et iterum in cap. 4. subdit idē Au-
gustinus. Causale est omne quod fœminæ est. Et copula:
tio eius semper infesta est: fœdere suo magnas molestias
præstat; & cui inhæserit contra fas insanabilem ingerit pla-
gam. ✓ Et in capitulo finali. illius lib. dicit. Vbiq; gustan-
da est cum mulieribus non continuanda præsentia: sed
quasi transeunter fœminis exhibēda est accessio quodam-
modo fugitiua. ✓ Et alibi inquit idem Augustinus: gra-
uem inimicum sortita est castitas. Cui non solum resisten-
dum est: sed dimisso freno longius fugiendum. Neq; eo
minus cauende sunt: quia religiose dicuntur: quia quanto
religiosiores: tanto citius alliciunt: & sub prætextu pietatis
latet uiscus libidinis. Expto crede dicit Augustinus loquor
coram deo nō mentior. Cedros libani. i. contéplationis al-
tissimæ hoīes: ut exponit sanct⁹ Thomas opusculo. 64. Et
gregū arietes. i. magnos platos ecclīæ sub hac spē uel peste
corruiſſe repperi: de quorum casu non magis p̄sumebam.
aut suspicabar q̄ Hieronymi & Ambrosii hoc ille,

De familiaritate mulierum

¶ Et alibi in libello ad sacras uirgines cap. 2. in si, idem beatus Augustinus dicebat. Dñica uirgo quæ secundum proprias uires ulli manum porrigit: non potest ancilla dei uel dici uel credi. Et inde singularitate clericorū cap. 7. insidias mulierum detegens dicit: fœmineus aspectus occurrit ne lut sagittas alienis oculis iactat. Et paulo post: subdit qm in domesticis negociis nūc lacertosac fœmora lanificis operibus nudat. Nunc æstuans detegit membra: nunc fatigata iactatur. Aut in risu aliquando dissoluta. Nunc blanditias exhibet. Et quod est uenenosius sup cūcta cum psallere delectatur aut canere. Cuius cantu tollerabilius est audire basiliscum sibilantem. ¶ Et Bernardus in quodam sermone bernard⁹. uox mulieris est serpentis sibilus. Et iterum idem Bernardus. Cotidie cōuersariis cum muliere: & uis cōtinens putari? Cum de ea scriptum sit: ecclia stes. 7. mulier laqueus est uenatorum: sagena cor illius: & uincula sunt manus illius: q placet deo effugiet illam. Nam ut quidam uersificado dicebat. Nisi fugias tactus: uix evitabis actus. ¶ Confirmat etiam intentum principale: ex his quæ sanctus Thomas dicit in opusculo. 65. in cap. poenitentia: sic inquietus. Caueat sacerdos nedum audit cōfessionē mulierum respiciat uultum earum nec aduertat qualitatem membrorum. Et quisbusdam interpositis subdit. Neq; recipiat sacerdos manus mulierum inter manus suas: sic aliqui stulti faciunt. Neq; aliquo modo tangat mulierem: quia bonum est omnino sacerdoti mulierem non tangere: timeat autem sacerdos i stigationem uersuti hostis qui cum habeat mille nocendi modos conaf a principio ruinæ suæ charitatem hominum & bona opera perturbare: ut dicitur in cap. uisis. 16. q. 2.

¶ Alludit huic sententiæ sancti Thome eiusdem doctoris determinatio in eodem opusculo cap. de matrimonio. ubi doctor sanctus instruere uolens sacerdotem qualiter in benedictionibus nuptiarum post orationem dñicam misse: uel

Thomas

a sacerdotibus fugienda. Fo. LXXIII.

ut ipse tutius reputat post cōionē corporis & sanguinis dñi
habere se debeat ad ipsos nubentes multum notabiliter &
ad nostrū propositū dicit: q̄ data benedictione sicut mors
est sacerdos accipiat manū dextrā sponsæ in manu sua in-
uoluta tñ pallio (ut dicit) quo induif: & assignet eā sponso
per uerba cōsueta. Ad huius nostri ppositi corroboratio
nem facit determinatio dñi Petri de palude in suo li. 4. sen-
tentiarū dist. 22. q. 3. ar. 1. in fi. ubi ostendens q̄ manus im-
positio sup caput pœnitētis dū absoluitur saltē de cōgruo
& antecedenter exigatur: subdit ad ppositū nisi q̄ nō mul-
tum oportet sup capita mulierū hoc facere: q̄ bonū est ui-
ro mulierē nō tangere: sed sufficit alonge leuare manū sup
caput. Si ergo non decet sacerdotē tangere caput mulierū
multiplici uelamine circūuolutū & coopertū: multo min⁹
expedit tangere manū eius nudā p̄ssis digitis: ut & si inde-
center fieri contingit. Consolidaſ quoq̄ id qđ dictū est,
ex his quæ ptractat sc̄tūs Antoninus archieps Florētinus Antonin⁹
in sua parte sc̄da doctrinali ti. 5. cap. 1. §. 9. ubi inter cætera
dicit q̄ si uir aut mulier ex pposito pmittat se osculari seu
tangi ab eo quē pbabiliter existimat ad hoc moueri amore
libidinoso: mortal' peccaret: q̄ facientē & cōsentientē par-
pena constringit: ut dī. 2. q. 1. Notum cū glo. secus si alio fi-
ne & intuit: utpote ex honesta amicitia seu ex quadā hūa-
nitate seu more patriæ id pmitteret: quo ad oscula & am-
plexus & dando alter alteri manū: ut moris est: q̄ tunc nō
peccaret ut dicit. Quod tñ (ut subdit) piculosum ē. Et ideo
cauendū est ab his inter uirū & mulierē etiā religiosos: q̄
bonū est inq̄ Apls prima ad corin. 7. mulierē nō tangere.
Nam ut dī eccl̄iaſtici. 13. q̄ tetigerit picē: cui ſimilis est mu-
lier: inqnabif ab ea. Inducit ad ppositū exemplū ſumptū
ex Leone papa sancto & illuſtri uiro cuius manū cum mu-
lier ex deuotioē osculata fuisset: incidit & ipſe in graue car-
nis temptationē: ppter qđ sanctus uir manū ipsam ſcāda-

L

De familiaritate mulierum

lizantem abscedit: q̄ tñ beata uirgo maria miraculose ei restituit. Aliud etiā exemplū adducit de quodā qui cū reprehēderet quendā fratrē corā beato Iordanō magistro ordinis p̄dicatorum: ex eo q̄ quædā mulier ex deuotiōe tetigisset manū eius. Et ille se excusans diceret q̄ mulier illa bona honesta & sancta esset: r̄ndit btūs Iordanus. Terra utiq; bona est: & sīl'r aq̄ bona: & tñ ex utraq; se cōtingente fit lutū.

Gratian⁹ ✓ Ad hoc idē propositū n̄m corroborandū uidentur cōducere plura quæ inducit Gratianus in decretis, 32. & 81. distinctiōibus: &. 18.q. 2. &. 32.q. 5. ✓ Cōducunt etiam ea quæ habenf extra de uita & honestate clericorū. Et etiā de cohabitatiōe clericorū & mulierū. ✓ Et perinde uident cōducere q̄plures rōnes phibentes mutuā & familiarē cōuersetationē clericorū & mulierū quas inducit Augustinus de anchora in de ptāte papæ. q. 86. ar. 4. Et latius Cardinalis

Cardinal⁹ de Turre cremata sup capitulū interdixit. 32. dist. ✓ Hūc eū dem famulatū & obsequiū quē nō nulli ex togatis sacerdotibus exhibit hmōi domicellis & matronis eas associādo & p̄ssis digitis manu ad manū p̄ uicos & plateas & ad ecclesiās supportādo; & plærūq; administrationē rerū & familiæ domesticæ procurando prohibere uidetur ex p̄ssē textus in cap. sacerdotibus: extra ne clericū uel monachi & abbas ibi tenet ex p̄ssē q̄ clericū saltē in sacris cōstituti etiā nō sacerdotes nō debent esse ministri famuli uel seruitores laicorū.

Felinus . ✓ H̄oc idem uide sentire Felinus in rubrica de maioritate & obedientia. Nā cū dicit q̄ scdm iura ab eo ibidē citata & p̄ nos supra inducta sacerdotes sint p̄es regū & principū: multū sunt ponderāda cōtra quosdā n̄os miseros sacerdotes q̄ in maximū uilipendiū sui: sei p̄sco cōstituit capellanos famulos & seruitores imo qđ plus uerēdū est lenones militū & laicarū psonarū de quo uide ibi. ✓ Cū ergo cōuictus & mutua mulierū familiaritas oib' uiris ex p̄dictis sit picu losa: piculosior tñ censef sacerdotibus & uiris pfectis q̄ per

**augustin⁹
de anchōa.**

Cardinal⁹

**Paner-
mitan⁹.**

Felinus.

a' sacerdotibus fugienda. Fo. LXXIII.

castitatis uotū hmōi uoluptatū illecebras a se abdicarunt.
In qbus tñ plerūq; libido maiore pati famē: dū dulcius
putat omne qd nescit; put Hieronym⁹ in qt in ep̄la ad ma-
tré & filiā in galliā cōmorātes. Et iterū in de regulis mona-
chorū cap. 4. Et puerbiorū. 9. dī Aquæ furtiæ dulciores
sunt. Et Quidius. Nitimur inuetitū: sed pcupimusq; ne-
gata. Et alibi: fer: ilior seges est alienis semper in agris uici-
nūq; pecus grandius uber habet. Separamini igitur o sacer-
dotes: separamini dep̄cor a cōtagiōe pestifera. Et quātum
in uobis fuerit fugite sodalitatē mulierū quæ glutē est deli-
ctorū & uiscus toxicatū: ut semper in uobis floreat eccl'iæ
senatus candidus: semperq; in uobis uigeat circa foeminas
seueritas: auctoritas polleat: uigor teneatur: & grauitas ue-
neretur.



Ertio dixi non bene decere Sacerdotes trahi &
cōduci in tale obsequum & famulatū mulierum
& matronarū ppter intuentiū scandalū & uri-
bilitatem. Quod sic deduci pot est. Illud nō be-
ne decet nec expedit cuiq; per quod pr̄stat aliis occasiōem
causam motiū & incentiū peccandi: quia eccliaſti-
ci. 17. scriptum est q; mandauit deus unicuiq; de proximo
suo. Et mathxi. 18. Ve illi per quem scandalum uenit. Et
iterum qui scandalizauerit unum de pusillis istiſ minimis:
expedit ei ut suspendatur mola asinaria &c. Et in lege leui-
tici. 19. prohibetur ponи offendiculum coram cœco. Et pri-
ma ad Corinthios. 8. dicitur q; percutientes conscientiam
infirmam fratrum: peccant in Christum. Et ad Roma. 14
dicitur. Nolicibo perdere illum propter quē Christus mor-
tuus est. Sed cum obsequium & famulatus ille quem hu-
iſmodi Sacerdotes matronis sic in publico exhibent: sic
opus de se minus rectum attenta qualitate personarū con-
stat qd intuentium conscientias percutientes pr̄stant eis
occasionem riendi & peccandi: ergo illud non bene decet

Mulierū
familiaris
tas cuj; sa
cerdotib⁹
quantū sit
scandalosa

De familiaritate mulierum

nec expedit sacerdotib⁹ adhuc ppter intuentiū scandalū &
augusti in⁹ aduribilitatē. A sumptū pbatur multiplici sc̄torū testimo-
nio. Et pmo inspressum pbatur hoc singularis quædā deter-
minatio beati Augustini in li. de honestate mulierū cap. 2.
ubi dicit q̄ hī q̄ cum mulierib⁹ habitantes putat se castita-
tis obtinere triumphū ignorat se apud deū duplicitē reos
~~existere~~: dū seipso in piculū mittūt & aliis exemplū puer-
se familiaritatis oñdunt. Quantū em p illarū in honestā fa-
miliaritatē castitatis decorē pdiderunt? Illorū aīæ q̄ peunt
ab illis i die iudicii regrendæ sunt; q̄ illis exemplū pditiōis
oñdunt. Ex quo dicto diui Augustini Luce planius seq-
tur q̄nto in piculo aīæ suæ sunt cōstituti hi q̄ palā & publi-
ce peccādo & male agendo alios sc̄dalizant & pbent eis p-
ditionis exemplū & occasionē ruendi & peccādi; pfectim si
sunt psonæ in eminētiori gradu cōstituti & positi in ex-
plar aliorū & quasi signū ad sagittā in malis pariter & i bo-
nis. Cuiusmodi sunt psonæ eccl̄iastici. Nam licet in laicis
& priuatis psonis uerū sit ell̄. Attendite ne iusticiā uram
faciat corā hoībus ut dī Mathæi. 6. In psonis tñ eccl̄iasti-
cis multū bene licet: cū sic habeat corā hoīb⁹ lucere lux sua;
ut cæteri uidentes opa sua bona gl̄ifcent p̄em suum q̄ in
cœlis est & ad similia inuiten̄ ut dī Mathæi. 5. Imo p lo-
co & tpe talibus cū eleemosinas elargiunt̄ licet tuba canere:
ut latius deducit Cancellari⁹ Parisiensis parte sc̄da; in tra-
ctatu de temperantia & uestitu platorū. Sed hæc in aliud
t̄ps relinquētes in cōfirmationē ppositi pncipalis induci-
mus aliud fidele testimoniū eiusdē beati Augustini i libro
de bono disciplinæ cap. ultimo. ubi alicui de hmōi rephen-
sione se excusanti & dicenti: sufficit mihi pura conscientia:
br̄us Augustinus rñdet. Quantū ad innocentia p̄tinet tibi
soli sufficit. Sed puidendū est ne facilitate tua alter peccet:
& alienū petm in te redundet iuxta illud qđ dicit scriptura:
ue illi p quē scandalū uenit. Quāuis aut̄ p̄cioſo ſerico corp̄

uestias: & niueo uellere membra componas: non sine macula diem trasigis: si camini ardoris ora contigeris. In omni igit̄ actu tuo uitam tuam disciplina comiteſ: si uis placeſ Christo: elabora ut professionem tuam fides adiuuet fama commendet: h̄ec ille. ¶ Ad idem facit quod diuus Augustinus dicit in li. de singularitate clericorum cap. 5. sic inquiens: peius est q̄ mechari continentiam ducere crimino ſam: & infamē ferre sanctimoniam. ¶ Et infra in cap. 6. eiusdem libri dicit: & multum ad propositum. Cum hoc etiam laicos deceat: ne aut extraneis blasphemandi occaſiones aut fraternitati opportunitatē fornicatiōis opponant: q̄ maximæ clericos uehementer necessitas iſta costringat: q̄ bus aut religio blasphemata: aut fraternitas pdita penas duſtices irrogabit. Nec inuenient in iudicio dñi ullū solatiū omnino: q̄ alienigenis & ſrībus peccandi ſomitē miniftra runt: ppter qd' Paulus apl's dicebat. Nō ergo blasphemet bonū nomē uīm: ad ro. 14. & iterū ſcda ad Corin. 8. puidentes quæ bona ſunt: nō tñ corā deo: ſed etiā corā hoib⁹. Et alio loco: ſiue ergo māducetis, ſiue bibatis, ſiue aliud qd faciatis: oīa in gl̄iam dei facite: & eſtote ſine ſcādalo iudæis & græcis, & eccl̄iae dei: pma ad Corin. 10. & ad Titū. 2. teipſum factorū bonorū pbe exemplū: & iterū oībus fidē bonam oīnde. Et rursus pma ad Thimo. 4. forma eſto fideliſbus in ſermone, in cōuerſatione, in caſtitate &c. Et pnceps aplorū prima Petri. 2. Cōuerſatio uīra in gentib⁹ bona ſit. Et iterū qm̄ ſic eſt uoluntas dei: ut bñfaciētes obmutescere faciatis impiorū hoīm ignorantia: h̄ec ibi.

¶ Cōfirmaſ etiā hoc idē ex dictis beati Hieronymi in epla ad oceanū de uita Clericorum ubi excludēs btū Hieronymus stultā confidentiā alicuius in cōſimili ppoſito dicentis: q̄ q̄ ambulat ſimplr; ambulat cōſidenter: ſubdit q̄ etiā oportet habere testimoniu bonum ab his q̄ foris ſunt: licet enī coram deo recte incedas: tñ coram hoib⁹ bona pui-

De familiaritate mulierum

dēda sunt: q̄ & astutiores sunt filiis lucis filii huius sc̄li seu tenebrarū. Cū ergo hoc genus a te nō amputat: das rep̄hēdentibus te locū: ip̄e te detrahentiū morsibus tradidisti: si agapetarū consortiū non dimiseris: si aliqs senserit clericū habitare cū fœminis: non credit eū esse castum: si pudicitia quæris: q̄re habitas cū fœminis? Sacerdotes q̄ppe decet a fœminis separari: hæc ibi Hieronymus. Et idē dicit in ep̄la de regulis monachorū cap. 4. Et subdit caueto oēs suspitiones: & qcqd p̄babili singi pōt: ne singaf ante deuita: ut etiā dicit in ep̄la ad nepotianū de uita clericorū. □ Ad idem **bernard⁹.** cit dictū Bernardi in quodā sermōe sic inqens. Quotidie cōuersaris cū muliere: & cōtinēs uis putari? Esto q̄ sis: maculā tñ suspitionis portas: scādalū mihi es. Tolle materiā & causam scādali: q̄ ue homini illi p̄ quē scādalum uenit. Et **Hugo.** Hugo de sc̄tō Victore dicit q̄ Clericis nō sufficit uita sc̄tā nisi sit bona fama: q̄ maximæ denigrat familiaritas & cōuersatio cū mulieribus ppter incentiuū & piculū: q̄ ut dī Abacuch. i. facies earū uentus urēs. Et ecclastici. 9. uirginē ne cōspicias: ne forte scādalizeris in decore illius. Et iterum auerte faciē tuā a muliere cōpta. Et iterū ppter speciē mulieris multi perierunt. Et cum aliena muliere omnino non sedeas.

**Ioannes
sermon.**

□ Hinc Cácellarius Parisiensis parte p̄ma in Tractatu de distinctiōe uerarū uisionū a falsis infert nō esse tutā mulierum q̄ntum cū q̄ sc̄tarum cū uiris etiā religiosissimis cohabitationē & familiaritatē: q̄ ut inqt: potest fieri ut amor a spū incipiat: sed uehementer formidādum est ne p̄ blanditiā sensim carne cōsumatur: q̄ ut Hieronymus inqt ferreas mentes libido domat: uritq̄ uidendo fœmina inquit Virgilius. Et paulopost ibidē Parisiensis Cácellarius subdit exemplum inqens. Non hoiem q̄ ex deuotiōe & sapientia plane laudabili cuiusdam uirginis religiosæ amicitiam eius in dño familiarem amplexatus est deerat. p̄mo focus

ois carnalitatis: tandem paulatim ex conuictu crebo accreuit amor sed non pœnitus in dñō usq; adeo ut ab ea uisitada aut recogitanda si aberat uix diuellu ualeret. Nihil tamē pro tunc carnale: nihil subdolum nihil fraudulum diaboli: cæ suspicabatur: donec aliquā discedendum longius ab ea. Et tunc primum sensit ille uir: q; non pura & omnino sin cera & casta fuerat hæc dilectio: & q; magno malo nisi de auertisset approximabat: ut latius uidere est ex his quæ sanctus Thomas tradit in opusculo, 64, cap. de periculo familiaritatris dominarum uel mulierum.

Hinc Hieronymus ad eustochium & cæteras uirgines: cap. 20. Infert q; argumenta sunt diaboli & mortis æternæ inditia filiationes & maternitates quibus uocabulis sub uelamine spiritus inter se nonnunq; utuntur mares & fœminæ & simile dī, 18, q. 2, peruenit. Hinc ipse met Hieronymus ibidem in cap. 18, inquit. Viri cuiuscunq; etiam si cum sanctitas exornet etiam si baptistæ equaretur in meritis quæreratis effugere faciem: ne liceat secum dilectione feruenti astringi p diem. Credatis expto. Nihil est piculosius uiro q; mulier: & mulieri q; uir: uterq; palea: uterq; ignis. Et iterū, nō nimū sit stricta familiaritas: nō suspecta colloqua etiā si spiritualis p: q; quis eps sc̄tūs sit: tñ homo est debile aial ppter qd Augustin⁹ admonet q; semp sermo breuis & rigidus est cū mulierib⁹ habēdus: qd p parte adhuc de sermone habito in confessione uel post peractam confessionem obseruandū est. Nam ut sanctus Thomas dicit opusculo. 65, cap. de pœnitētia: ppter hoc sacerdos expedita cōfessiōe iuuencularum mulierū non immoretur illa immiscere uerba quæ confessionē pturbant uel nō adiuuāt. Necq; ultra q; necesse est excogitare confessionē earum ingrendo uitiose motus membrorum suorum & usus: q; ubi talis esca iacet: antiqui hostis stimuli non desunt ad temtandum; ut etiā Gregorius inquit in cap. oportet, 81, distin,

De familiaritate mulierum

¶ Si ergo iuxta ap'l'm oportet sacerdotē irreprehensibile esse: & cōuersationem bonā & honestā habere inter gentes: ut ex odore famæ sanctitatis suæ etiam malorū corda ad sc̄tā desideria moueant. Et neandum a malo: uerū ab omni specie mali abstinere; ne infirmorū fratrum conscientiæ eorū imitatione p̄cutiantur: alias tot mortibus digni sunt (ut ḡorius inqt:) quot pditionis exempla ad cæteros trāsmittunt. Et ut ad damasum epm Eusebius dicit: quot suo exēplo p̄ctis moriuntur: tot de manu sua regret dñs: q̄ ut diu⁹ aurelius Augustinus in li. de pastoribus dicit. Qui in conspectu dñi male uiuit: quantū in illo est eū a quo attendit occidit: & iterum. Ois qui male uiuit in cōspectu eorum quibus præpositus est: quantum in ipso est occidit: oportet igit & uos o Sacerdotes sic p̄gere & cōuersari in medio huius prauæ & puersæ nationis: ut quantū in uobis sit nemini detis ullā offensionē: ut nō uituperet ministeriū uim: sed in oib⁹ exhibeat uos metiō pos sicut decet dei ministros exemplū bonorū operū: ut obmutescere faciat is impiorū hoīm calumnias: ad qđ nō bene expedit nec decet uos fieri famulos seu familiares ministros: ut nō dicam scrutiferos matronarū mulierū & domicellarū: tū obuīræ psonæ & officiū dignitatē: tum etiā ppter talis cōuictus & familiaritatis piculositatē: tum quoq̄ ppter intuentiū scandalum seu aduribilitatem.

Corolla: ¶ Hinc ex p̄dictis infero q̄ licet in iure pmittat̄ cohabitatione clericorū & aliquarū mulierū earū. s. in qbus naturale fœd⁹ nihil seu criminis suspicari pmittit. Cuiusmodi sunt cōsanguineæ in linea ascēdētiū aut descēdētiū usq̄ ad q̄tū gradū: & in linea trāsuersali usq̄ ad sc̄dm gradū: ut uidere est in cap. interdixit. 32. dist. & in cap. uolum⁹: & cap. cū oibus. 81. dist. dū tñ alias sint bonæ famæ. Necq̄ secū habētes alias psonas pedissequas, aut alias suspectas: iū moderata tñ inter eos familiaritas est pœnititus interdicta: ut patet in

cap. quorundam. 34. distin.

Hinc etiā sequit q̄ inter Sacerdotes & q̄scunq̄ mulieres est oīno indecens & ita interdictū aut interdicendū specia le hoc gen⁹ familiaritatis de quo hactenus est habit⁹ sermo n̄ principalis : utpote q̄ Sacerdotes fiant iparū famuli & ministri eas in uiis associado:& p̄ssis digitis manu ad ma nū tanq̄ lassas sustentādo & sic cōtingat impingere : eās per brachia uel alias eleuādo. Et nōnunq̄ in iumētorū clunib⁹: brachiis desup iōs extēsis eas ad solatiandū aut recreandū portādo; rerūq̄ domesticarū administrationē seu curā plerumq̄ gerendo: & sic de cōsimilibus.

Hoc & si satis excipiat ex fundamētis sc̄tōrū doctorum supius allatis: potest tñ ex pximo dictis adhuc ultra corroborari:& sic familiaritas immoderata interdicit tanq̄ inde cens adhuc inter Sacerdotes, ep̄os, & eorū cōsanguineas: ergo a fortiori inter eos & extraneas. Cōsequentia est satis de se nota. Antecedēs patet ex cap. quorūdā. 34. dist. Sed q̄ hm̄oi familiaritas de q̄ ad p̄us fit sermo censeri debeat imo derata: patet: q̄ ut excipiāt ex cap. illo quorūdā adiūctis glo sis. Immoderata familiaritas dī inter Sacerdotē & mulierē quæ ip̄m redit uilē & cōtéptibilē: sed planū est q̄ familiarietas illi⁹ famulat⁹ & obsequii redit psonā Sacerdotis uile & cōtéptibilē: ergo talis familiaritas tanq̄ illicita est inter Sacerdotē & mulierē interdicta & áplius interdicenda.

Et p̄tcrea quæcūq̄ familiaritas cēserit inexpediens & picu losa inter mulierē & laicū uirū: plus inexpediēs & piculōsior cēseri habet inter mulierē & sacerdotē: q̄ ut Leo papa dicit in cap. oīm sacerdotū. 32. dist. Oīm sacerdotū tā excellens est electio ut hæc quæ in aliis mēbris ecclīæ, i. in laicis ut glo. inqt: uācāt a culpa; in illis tñ habeant illicita. Ex quo excipiāt regula q̄ rōne psonæ aliq̄ sunt illicita quæ in aliis psonis sunt licita: & sumit etiā satis exp̄sse ex cap. sacerdotes 37. dist, & ex cap. fornicari. 88. dist, cū aliis sed p̄dicta fami-

Co. illa =
rium pnci
pala.

Prima
deductio.

Secunda

De familiaritate mulierum

iliaritas de q̄ hactenus factus est sermo inter mulierē & q̄cū
cōsonā laicā extra fide matrimonii cēsē indecēs & pículo
sa ut excipit ex dictis beati Hieronymi in ep̄la ad m̄rem
& filiā in gallia cōmorātes: ubi dicit: dabit tibi barbacul⁹ q;
libet manum sustētabit lassam: & p̄ssis digitis aut tentabit
aut tentabit. Et Augustinus in li. ad sacras uirgines dñica
uirgo quæ scdm p̄pas uires ulli manū porrigit: nō potest
antilla dei uel dici uel credi: ad qđ etiā cōferūt plura quæ ex
mēte sc̄torū supra dicta sunt: ergo talis familiaritas iter sa-
cerdotē & mulierē q̄cū p̄ tanq̄ piculosa & malefona est in
terdicta: & amplius ab eccl̄æ p̄positis in suis synodalibus
statutis interdicenda.

Tertia

¶ Et p̄terea in cap̄. Ad reatū. 81. dist. dī q̄ ad reatū epi pt̄
net si sustentat de uitæ p̄sentis causa adolescētores uiduū
clericorū familiaritatib⁹ subiiciant: multo ergo plus ptine-
bit ad reatū epi si causa sustētādæ uitæ p̄sentis (ut fieri s̄e-
pe cōtingit) p̄mittat q̄clericī & sacerdotes subiiciāt familia-
ritatib⁹ adolescētularū uiduarū & cōsimiliū mulierū: cum
hoc fuerit indecentius & irrationabilius illo.

Quarta.

¶ Et p̄terea ut Ambrosi⁹ in sermōe de ieunio dicit & tra-
hit in cap̄. sexto die. 35. dist. q̄ Christū annūciāt cuiusmodi
sunt sacerdotes ab omniū uitiorū incētiuo p̄stare se debet
alienos. Sed cōstat q̄ sacerdotes p̄ hmōi familiaritatis ob-
sequiū & famulatū mulierib⁹ exhibitū nō solū non p̄stant
se alienos ab incētiuo uitiorū: uerū p̄stāt maximū somētū
& incētiū uitiiis: ut patet ad lōgū ex dictis. Sacré scriptu-
ræ & sc̄torū doctorū supra in parte sc̄d'a hui⁹ opusculi in-
ductis ergo talis familiaritas famulat⁹ inter Sacerdotes &
mulieres tāq̄ illecebra & multorū malorū inductiuā meri-
to a sanctis ē interdicta. Et acri⁹ atq̄ stricti⁹ deberet ab ec-
clesiæ p̄latiſ iter dici. Alias ut Symachus papa inq̄t. 83. dist.
mortē lāguētib⁹ pbaſ infligere: q̄ hāc cū possit nō excludit:
q̄ ut ibidē Innocētius dicit, Error cui nō resistiſ approbaſ

a sacerdotibus fugienda. Fo. LXXVIII.

nec caret scrupulo societatis occultæ: q[uod] manifesto facinori
desinit obuiare: & Gregorius ait q[uod] cōsentire uide erranti; q[uod]
ad resēcāda quæ corrigi debet nō occurrit sup quo bene ui-
gileat plati. Nā si in his & cōsilībus dēphensi fuerit negli-
gentes & remissi innumerabiles pplos cateruatim secū du-
cent p[ro]mo mācipio gehēnæ cū i[p]o plagis multis in æternū
uapulaturi; ut dī in cap[itu]lo, si papa, 40. dist.

¶ Et p[ro]terea in cap[itu]lo, puenit. 18. q[uaest] 2. dī q[uod] incauta cōmunio & Quinta.
familiaritas Monachorū aut Sacerdotū & Mulierū seue-
rissima ultio est corrigēda: sed nemo sanæ métis dubitat
q[uod] supra cōmemorata cōmunio & familiaritas sacerdotū
& domicellarū atq[ue] matronarum fuerit ualde incauta atq[ue]
uersuti hostis q[uod] mille nocēdi habet modos calliditate insi-
gata: ergo merito a sanctis eccl[esi]æ doctorib[us] est prohibita. Af-
sumptū ampliū deduci & p[ro]uaderi sic p[otes]t. Nā ut Hierony-
mus inq[ui]t Paulus uas electiōis in cuius pectore Christus re-
sonabat ut carnis aculeos refrenaret multipli[m] materas cor-
pus suū & in seruitutē redigens: semp[er] tñ cernebat naturalē
carnis ardorē suæ repugnare sententiæ: ut q[uod]d non uult: hoc
agere cōpellat: & q[uod]si uim patiēs uociferādo clamet: infelix
ego homo q[uod]s me liberabit de corpe mortis huius. Et idem
glōsus Hieronymus de seiō dicit: q[uod] cū eēt iuuenis in illa
uasta solitudine q[uod] exusta solis ardoribus monachis horridū
p[re]stabat habitaculū: ubi cotidie gemit[ur] & cotidie lachrimæ.
Et in quo ppter incōmoda squalida & nimiā corpis absti-
nentiā: cutis sua carnis ethiopicæ sitū obduxerat: adeo q[uod]
horrebant iam faccio membra deformia. Et pallebat ora ie-
uniis. Nam & aqua frigida languens utebatur: & coctum
aliquid accepisse luxuria sibi apparebat. Et tamen (ut ipse
inquit) incentiuia uitiorum ardoremq[ue] naturæ ferre nō po-
terat: & in frigido corpore etiam in p[re]mortuo iam homi-
ne sola libidinum incendia bulliebant & socius Scorpio-
num tantum & ferarum s[an]ctechoris puellarum: & Roma-

De familiaritate mulierum

nis putabat se interesse delitiis. Si ergo hi tam sancti atque prope diuini viri tanta cum carnis maceratione: tanquam cum ab omni occasione peccandi alienatione tot talosque experiebantur in membris suis ebullire carnis stimulus aut aculeos; siue pruritus; quanto plures acrioresque arbitrandus est quod & sentire habeatur (ut de cæteris taceam) hi nři nouelli iuuuenescuntur. Sacerdotes facie rubentes; corpore ex cibis fermentantes; saepè dictis mulierum familiaritatibus interessentes; nitentium earum uultus circumcōpositos atque fucatos attingentes; exquisitos miroscque odores uestium illarum redolentes; earum mellifluis fabulationibus arridentes; delicatas illarum manus p̄ssim digitis attractantes seu tangentes: eas nonnunquam cespitantes per brachia & lacertos a terra erigentes; demulcentia blandiisque eorum colloquia auscultantes; earum munuscula libenter suscipientes. Aliaque plura mutuæ beueuolentiæ opera exercentes? Inter has utique & tantas illecebras uoluptatum quis gloriabitur castum se habere cor? Nisi is qui minus de animæ suæ salute sollicitus in pia quidam securitate cōfisi p̄sumens dicat. Ecce ego familiaritatē habeo mulierum & iter extraneas mulieres habito: & tamen arma castitatis custodio; cōtinētiāque seruo: & uolo hēre quod uincā. Cui batus Augustin⁹ in de honestate mulierum cap. 2. r̄ndens inquit. Infelix & nimiū pic̄losa p̄sumptio. M̄lti enim se putant uicere: cū uicti sunt. Quid ē enī uolo hēre quod uincā nisi hoc uolo hēre quod p̄ea? Vide ergo ne cōtra te incipiat captiuitas ipsa p̄ualere. Et unde putabas obtinere triūphū; idē xternū incurras obprobriū; hæc ibi: ppter quod talis familiaritas inter sacerdotes saltem & mulieres tanquam periculosa nimiū quod incentiua uitiorum a Sacris Doctoribus rationabiliter satis est interdicta: & indies a prælatis strictius esset interdicenda. Cum ergo scriptura dicit quod astra non sunt munda in conspectu domini: quāto minus nos homines quorum uita temptatio est: & quoties cōcupiscim⁹: toties

Tractatum de ualore missæ Fo. LXXIX

fornicatum; ut Hieronymus inq ad rusticū. Et ideo amātissimi sacerdotes cōtra mortifera blandimēta, & cōtra adiutores diaboli q familiaritatē suspectā habere nō metuūt nec erubescūt; ne uos suo exemplo decipient dei adiutoriū implorare nō cessetis; ut de laqueo uenantiū a ierbo aspo: a negotio pambulāte in tenebris; a ruina & dæmonio me ridiano uos liberare dignes̄ iesus intemeratæ uirginis filii: qui si uos liberau erit: uere liberi eritis a periculis cunctis: & securi peruenietis ad portum salutis æternæ ad quam nos perducat. Amen.

INTRODVCTIO AD TRACTA- TVM DE VALORE MISSAE.

VM INTER VISITANDVM
fuerim s̄epe numero a sacerdotib⁹ & cu-
ratis, sc̄iscitatus ac perquisitus. An sacerdos
pmittēs sigillatim diuersis unā missam
sufficiēter soluat debitū & satisfaciat ce-
lebrando unā tñ p oibus illis. In quo q-
dem exptus sum q̄ plurimos ex eis aberra-
re. Ideo cū culpā facientis habere dicāt; qui qd' pōt corrige-
re negligit emēdere. Et ap̄ls Paul⁹ inq nō solū q faciūt sed
etiā q cosentiūt facientibus criminis participes iudicāt. Ne
p̄ extu ignoratiæ eos im posterū peccare cōtingat post tra-
ctatū de modo & ordine audiēdi cōfessiōes. Et de mulie-
rum familiaritate fugiēda p̄dictæ dubitatiōis solutionem
subiungere decreui. Quia tñ huius dubitatiōis decisio pen-
det quodāmodo ex alterius quæstiōis dēcisione quæ talis
est; utrū missa celebrata p̄ pluribus minus ualeat cuilibet ip-
forum q̄ si p̄ paucis uel p̄ uno solo fuisse oblata; ideo pri-
mo deueniā ad huius quæstiōis examinationē; deinde ex
responsiōe huius inferā correlative principalis quæstiōis.

XIX. Tractatum

olutionem. Et quæ in utriusque quæstiōis pertractatiōe sicut
& in ceteris fere quæ neq; fide, neq; eccliaꝝ sanctione & de
creto sigillant soleant inter scribētes esse nōnullæ altercatio
nes: in his tū quæ cōscientiā & salutis statū cōcernunt: tu
tior semper uia p̄ligenda est: & quæ plurimorū doctorū
scriptis uideat esse coformior: signáter in sermōe ad sacer
dotes principaliter habito: in quorū ore (ut diuo Hierony
mo placet) nuge sacrilegiū sunt uel blasphemia. Et de q̄b
ingt Leo papa q̄ oīm sacerdotū tam excellens est electio:
ut hæc quæ in aliis mēbris ecclesiæ uacant ac culpa: in illis tū


Quæstio
subsup̄ta
de valore
missæ.

habeant illicita. 32. dist. oīm. Quæstio iḡf primo loco dis
cutienda dicebat. utrum missa p̄ pluribus oblata minus p
ficiat & ualeat illis q̄ si pro paucis uel uno solo fuisset obla
ta: p̄ huius iḡf quæstiōis respōsione aliq̄ p̄mittenda duxi.

Missæ &
sacramen
tu & sacri
ficiū.

Quorū primū est q̄ missa habet & q̄ sit sacramentum.
Et q̄ sit sacrificiū. Inquantū em̄ in ea rep̄sentat̄ passio chri
sti q̄ christus obtulit seipsum hostiā deo (ut dī ad Ephe. 5.)
habet rōnē sacrificii. In quātū uero in ea tradit̄ inuisibilis
grā sub uisibili specie habet rōnem sacramēti: ut sc̄tūs Tho
mas dicit tertia parte. q. 79. ar. 7. Vel ut ipse met̄ dicit ibidē
ar. 5. habet rōnem sacrificii inquantū offerit. Rōnem uero
sacramēti inquantū sumit. Et hinc est q̄ effectū sacramēti
tantū habet in eo q̄ sumit iuxta id qđ in canone missæ dī:
quotquot ex hac altaris participatiōe sacrosanctū filii tui
corpus & sanguinē sumperferimus: omni bñdictiōe cœlesti
& grā repleamur. Effectū tñ sacrificii habet & in eo q̄ of
fert. Et in his p̄ q̄bus offerit: inquantū p̄ salute eorū offer
it put in eodē canone dī. Memēto dñe famulorū famularū
q̄ tuarū: pro q̄bus tibi offerimus hoc sacrificiū laudis p̄ se
suisq; oībus &c. Cū iḡf missa prout sacramētu tñ habeat
effectū suū respectu sumētis nō aut in aliis; nā ut inq̄t san
ctus Thomas tertia parte. q. 79. ar. 7. ad tertium; ex hoc q̄
alias sumit corpus christi uel etiam plures nō accrescit aliis

aliqd iuuamētū : ideo cū dicit in titulo quæstiois an missa p multis celebrata min' ualeat cuilibet ipsoru q̄ si p paucoribus siue p uno solo celebrare: nō est intelligendū de mis sa prout sacramētū qm̄ (ut sic) talis quæstio nō habet locū nec est ad propositū: sed tñ procedit titulus quæstionis de missa prout est sacrificiū: cū ex hac parte habeat effectū suū & in offerēte & in his pro qbus offerē: ut dictū est. ▶ Hinc Corolla seq̄ q̄ missa in q̄ sacerdos plures hostias cōsecreat, nō plus rium. ualet nec ap̄lius profuit q̄ ea in q̄ unā tñ cōsecreat. Cū nihil plus uirtutis sit in multis hostiis cōsecratis q̄ in una: q̄ sub oib⁹ & sub una nō est nisi totus christ⁹. ▶ Ex quo sequitur ultra q̄ si aliq̄ in una missa simul multas hostias cōsecratas sumat; nō inde participabit maiore effectū sacramenti q̄ si tantū unā sumeret: prout docet sc̄tūs Thomas tertia p te. q. 79. ar. 7. ad tertium.



In missa
sunt duo sa
cificiū et
orationes

Ecundum quod præmittendum duxi est hoc q̄ in missa est duo considerare: unum principale & essentiale puta sacrificium ipsum corporis & sanguinis dñi qd ibi offerē. Aliud est anexum & quasi secundarium: cuiusmodi sunt orōnes quæ ibi fiunt pro uiuis & pro defunctis. Et ex utroq; pen det & pensatur ualor & fructus missæ: licet non ex equo: sed principaliter pensatur ex primo. Et secundario ex secū do. Et præterea ualor missæ quo ad primum nec dimi niuimur nec suspenditur per malitiam sacerdotis: ualor ta men seu fructus missæ quo ad secundum bene diminui tur & suspenditur ex indispositione & malitia sacerdotis celebrantis: saltem prout talis ualor seu fructus habet efficiatiam ex personali deuotione ipsius Sacerdotis orantis: Secus prout gerit uices Ecclesiæ cuius est Nuntius & mi nister; quia sic Qratio Sacerdotis non est sua.

Tractatum

principaliter sed eccliae spōsæ christi non hñtis maculā nec
rugā. Et ita ut sic personalis malitia sacerdotis nō reddit
orōnē deo execrabilē & inexaudibilē. Hinc est q̄ quo ad
pmū & esse[n]tiale missæ nō minus ualeat nec min⁹ fructuo-
sa est missa mali sacerdotis q̄ missa boni & iusti. Neq; etiā
quo ad secūdariū & minus p̄ncipale put innitī offerenti
mediate & p̄ncipalr cuiusmodi est ecclia militas in cui⁹ p-
sona sacerdos offert & orat tanq; nūcius & minister ut di-
ctum est. Secus put talis ualor & fructus secūdari⁹ missæ
initī oranti & offerēti immediate & p[er]sonalr: cuiusmodi
est sacerdos ipse malus & indisposit⁹: nā ut sic nulli dubiū
quin missa melioris sacerdotis melior ē & magis fructuo-
sa. Et ut sic melius est audire missam boni sacerdotis q̄ ma-
li: put latius trahit a theologis li. 4. sententiarū dist. 13. Et
specialr a sc̄tō Thoma ibi. ar. 1. sub ar. ultimo: & plenius ter-

Missa de
reqem an
plus cōfe-
rat defun-
cto q̄ alia

Hinc est ultra q̄ p̄sata missa quo ad
pmū & p̄ncipale ipsius qđ est sacrificiū ipm̄ immaculatū
deo oblatū eque fructuosa est ois missa qđcunq; in ea offi-
cium dicat neq; plus ualeat nec pdest defuncto (ut sic) missa
de Regem, q̄ missa de Dñā, uel q̄cunq; alia. Si tñ pensetur
missa quo ad eius secūdariū & anixū cuiusmodi sunt orō-
nes quæ ibi fiunt: sic magis pdesse, dī defuncto illa missa
in q̄ sunt orōnes ad defunctorū iuuamē determinatæ: licet
talis defectus recōpensari possit p maiore deuotionē uel ce-
lebratis, uel celebrare faciētis, uel p intercessionem sancti de-
quo missa celebrat, uel cui⁹ suffragiū ibidē implorat signa-
ter in magnis & p̄cipuis festiuitatibus eccliae: ut latius uide-

An missa
p plurib⁹
minus va-
leat ex p-
te ofonuz
q̄ si dice-
retur p ro
vno solo.

ri habet p theologos li. 4. dist. 45. Cū ergo fructus & ua-
lor missæ penseſ principalr ex parte sacrificii. Et secūdario
ex parte orōnū q̄ ibi fiunt: seq̄tur q̄ in p̄sumpta quæstiōe
duplex implicat sensus. Primus an missa celebrata p pluri-
bus ex parte orōnū minus ualeat q̄ si p pauciorib⁹ uel uno
celebraret. Et in hoc sensu saltē prout attinet ad simplices

sacerdotes & curatos qbus principaliter sermonē hunc dirigimus: uidet ad eā r̄ndere sc̄tūs Thomas li. 4. sententiarū dist. 45. q. 2. ar. 4. sub ar. 2. ad tertiu. Ita inquiens q̄ oratio potest cōsiderari & ex parte orantis & ex parte eius qui oratur. Et ex utroq̄ effectus eius dep̄det. Hinc est q̄ licet ex parte diuinæ uirtutis quæ orat nō sit magis difficile absoluere multos q̄ unū. Huiusmodi tñ oratis oratio nō ita est satisfactoria pro multis sicut pro uno. Hæc ibi qd signanter procedit: cū quis nō ex tanta fiducia tantoq̄ seruore & deuotione fudit preces & orationem pro multis sicut pro uno: q̄ difficile est q̄ quis afficiat tñ simul ad plures quantum ad unū solū. Et cōfirmatur int̄tū q̄ oratio inter suffragia ecclesiæ cōnumeraf: ut uidere est in. c. animæ defunctorum. cū reliquis. 13. q. 2. sed cōis sentētia est theologorū li. 4. dist. 45. q̄ suffragia quæ siunt pro multis minus ualent cuilibet eorū saltē quoad poene expiationē & satisfactio- nem q̄ si pro uno solo fierent: ut infra magis dicetur: ergo missa celebrata pro pluribus ex parte præcū & orationum quæ ibi siūt, minus ualeat cuilibet ipsorū q̄ si pro altero eorū tantum siūset celebrata.

 Ecūdus sensus implicat⁹ in præassumpta quæ stioue poterit esse. An missa celebrata pro plusrib⁹ ex parte ipsius sacrificii quod est principale minus ualeat q̄ si pro solo uno celebraretur. Et ad pleniorē examinationē quæstiōis sub tali sensu præmitto unū aliud & est. Quod sacrificiū oblatū in altari potest p̄sari adhuc dupl̄r. Vno modo ex ipso opere operato hoc est ex ipsa consecratione oblatione & sumptione uene randæ eucharistiae, nō habendo respectum ad meritū offerentis. Alio modo ex opere operatē. i. ex merito offerentis. Est enim (ut supra memiuimus) duplex offerēs sacrificiū altaris. s. offerēs immediate & personaliter. Cuiusmodi est sacerdos consecrans & sumens sacramentū, qui in persona

Sacrificiū
altaris
pot p̄sari
dupliciter

Tractatus.

sua auctoritate tñ diuina hæc perficit sacramenta. Alius est offerēs mediate & pncipalr. Et hmoi est ecclesia militas in cuius psona sacerdos offert & cui^r est in offerēdo minister. Est em hoc sacrificiū: sacrificiū totius ecclesiæ: in cui^r signū sacerdos in missa non dicit in psona sua, Oro: sed oremus in psona toti^r ecclesiæ. Neq^b in canone dicit imprimis quæ tibi offero; sed quæ tibi offerimus. Et post cōionem dicit proficiat nobis quæsum^r dñe hæc sacramēta quæ sumpsi mus quis ipse solus offerat: q^r ecclia offert per ipsum tanq^r per ministrū quæ ad hoc instituit & ordinavit. Primus igitur offerēs licet nō semp sit deo gratus nec sibi acceptus: q^r s^rpe est peccator. Secundū tñ offerēs semp est deo acceptū q^r ecclesia semper sancta est & unica spōsa & coluba christi pudica/casta nullā habens maculā nec rugā. Si ergo fiat sermo de valore sacrificii missæ ex parte operis operantis: hoc est ex merito offerētis siue ecclesiæ siue sacerdotis celebrantis: respōdendū uide ad quæstionē q^r missa celebrata pro pluribus (ut sic) minus ualet cuilibet ipsorū q^r si pro altero tñ eorū celebref: quod tali possit psuaderi ratione. Qmni merito finito fm plenā dei iusticiā correspōdet adæquate aliqd præmiū determinatū ad certū gradū. Cū fm iusticiā retributiā oporteat esse proportionē prætulii ad meritum ut ex. 5. ethicoru excipi. Et ita merito finito nō correspōdet infinitū: sed determinatū præmiū: q^r finiti ad infinitū (ut testat Boetius) nulla est proportio: sed meritū offerētis tā sacerdotis celebratis q^r ecclesiæ in cuius psona offert & celebrat est finitū: quia neq^b gratia quæ ponitur radix merendi neq^b actus ipse ex gratia elicitus siue ecclesiæ siue sacerdotis cum sint creaturæ est finitus: ergo nec meritum est infinitū sed finitum & determinatū. Et cōsimiliter fructus & præmium fm diuinam iusticiam correspōdens illi merito est finitū & ad certum gradū determinatum. Sed omne finitū in partes diuisum minus est in qualibet par-

missa p
plurib^r di
cta an mi
nus vale
at ex par
te offerēt
q^r p vno
dicta.

tium q̄ in toto: ergo pensato sacrificio missæ ex opere operatæ uel offerente missa pro pluribus celebrata minus ualeat & prodest cuilibet ipsorū quā si pro uno eorum tantū celebraretur. Et sumitur hęc ratio ex dictis Scoti doctoris subtilis in quolibet. q. 20. Et ex pertractatis a doctoribus theologis lib. 4. dist. 45.



I autem fiat sermo de sacrificio missæ ex parte operis operati. i. ipsius consecrationis oblationis & sumptionis corporis & sanguinis dñi. Tūc pro ampliori intelligētia huius & totius illius quæstionis præassumptæ. Occurrūt hic tres breues quæstiūculæ decidēdæ. Prima est. Vtrū applicatio fructus & uirtutis sacrificii missæ subsit celebratis potestati. Secunda est. An sacerdos qui ponit minister & dispensator hīmōi sacrificii & fructus missæ possit fructū illū distribuere & applicare pro libito suo cui uoluerit. Tertia erit. An sit aliqua certa & determinata regula quæ in huiusmodi applicatione a celebrante debeat obseruari. Ante tamen quā ad expositionē istorum trium accedā præmitto uuum aliud de mente doctoris subtilis Scoti in quolibet. q. 20. Et est q̄ sacrificiū quodlibet præcipue orationis in triplici gradu potest intellegi ualere alicui. s. specialissime generalissime. Et alio medio modo. s. specialiter. Specialissime semper ualet ipsi celebranti seu oranti si est in gratia. Nam cum iste habeat bonum animi motum ex quo elicit bonū opus: talis motus & opus non sic sunt alterius sicut orantis: nec ordinata uoluntate potest illud alteri dare sic quod non sit suum: quia magis tenetur ex charitate se quā alium diligere. Et forte peccaret si præpostere ageret; ut magister & doctores theologi dicunt lib. 3. sententiarum distinctione. 29. Secundo modo: hoc est generalissime ualet toti ecclesiæ: nec sic offerens aut orans debet aliquem excludere de ecclesia. Sed omnes saltem intentione habituali includere. Tertio

Questio-
nes tres.

Prima
Secunda

Tertia

sacrificiū
vel oīo po-
test valere
tripl.

Tractatus

modo. scilicet specialiter dicitur ualere illi cui per orantem uel offerentem specialiter applicatur. Nam non est dicendum sibi ualere specialissime: ut patet ex primo membro. Nec dicendum est quod praeceps ualeat sibi generalissime sicut cuique de ecclesia: quod tamen frusta centrales orationes ab ecclesia ordinatae: quod aliae priuiis & aliae pro mortuis. Et iterum pro aliis & aliis priuiis aliae pro beneficitoribus & aliae pro diuersis statibus & cōgregationibus: ut est luce planorum uidere in missali officio; quod frustra ecclesia stabiliret si non plus ualerent illis quam cuique generaliter de ecclesia.

Applicatio virtutis sacrificij an subiit voluntatis offerentis
Hoc igitur supposito deuenio ad responsionem primam quae stiūculæ dicēs quod cum prima applicatio sacrificii missæ scilicet specialissima sit determinata: quod semper fit ipsi celebrati. Et similiter applicatio secunda seu in secundo gradu scilicet generalissima quae semper fit toti ecclesiæ: patet quod in illis duobus gradibus talis applicatio non subest potestati ipsius sacerdotis celebratis. Et has duas determinatas applicationes facit regula charitatis quae debet esse primo & specialissime ad seipsum: & generaliter ad omnem proximum. Sed difficultas est de applicatione uirtutis sacrificii missæ in tertio gradu medio puta specialiter. Et licet aliquibus uisum fuerit quod talis applicatio non subsit potestati ipsius sacerdotis celebratis: quod agentis principalis est applicare uirtutem & effectum actionis ipsius non autem instrumenti. Cum igitur sacerdos quantum ad uirtutem sacrificii missæ sit (ut dicit) mere instrumentum & organum: quod illud bonum quod debet uirtute sacrificii & que puenit etiam si sacerdos in se non priuat uita gratiae: Nihilominus tenendum est quod sacerdos offerens sacrificium altaris in persona ecclesiæ potest eius fructum & uirtutem alicui uel aliquibus specialiter applicare. Ad hoc conferre uideatur talis congruentia: ubi in domo aliqua rite ordinata est aliquod bonum distribuendum secundum eorum exigentiam uel indigentiam: congruum & rationabile est quod dominus domus non per seipsum & immediate oibus distribuat & singulis: sed talis distributio alicui uel aliquibus certis

